Te dominum confitemur
Te eternum patrem: omnis
terra veneratur. Ti[bi]

Biblioteca Capitolare
A

118

# COMPENDIVM TEMPORVM ET HISTORIARVM ECCLESIASTICArum ab aſcenſione Chriſti vſque ad noſtra tempora, ex ſacratis & probatis eccleſiaſticis ſcriptoribus deſumptum.

*Authore fratre Iohanne Rioche, ordinis Minorum, prouinciæ Britanniæ: aliàs miniſtro prouinciali, ac gardiano ſancti Brioci.*




Bib. del Collegio de la Comp.ª de Jesus de Granada.

PARISIIS,
Apud Guilielmum Iulianum, ſub ſigno Amicitiæ, propè Collegium Cameracenſe.
1576.
CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

## EXTRAIT DV PRIVILEGE.

PAr grace & priuilege du Roy, Il eſt permis à Guillaume Iuliam, Libraire Iuré en l'vniuerſité de Paris, d'imprimer & expoſer en vente, Ce preſent liure intitulé *Compendium ſeu Collectarium temporum, & Hiſtoriarum eccleſiaſticarum, ab aſcenſione Chriſti vſquè ad noſtra tempora, ex ſacris & probatis ſcriptoribus Eccleſiaſticis deſumptum & coadunatum, ſub diſtinctis & correſpondentibus quatuor cathalogis authore. F. I. Rioche ordinis minorum.*

Et eſt fait deffenſes a tous autres libraires & imprimeurs de noz Royaulmes pais terres & ſeigneuries de noſtre obeiſſance, de n'imprimer ou faire imprimer & mettre en vente cedit preſent liure, ſans le vouloir & conſentement dudit Iulliam, ſur peine de Mil liures d'amende, & de confiſcatiõ deſdis liures contre les contreuenans: Et cependant le temps & terme de ſix ans prochains & conſecutifz à commencer du Iour & date de ces preſentes. Dõné a Paris le huitieſme Iour de May, Mil cinq cens ſoixante & quinze, & de noſtre regne le deuxieſme. Signè par le Roy en ſon Conſeil.

*GASSOT.*

## PIO LECTORI.

QVANTVM in omni ſcientia vtilis ſit (pie lector) & neceſſaria temporum diſtinctio, ac virorum & actorum nominatorum cõſeruatio, reor nemo ãbigit. Eapropter preſens compendium non ſine labore coegimus ex probatis ſcriptoribus eccleſiaſticis, Hieronimo, Auguſtino, & alijs, vt ſuis patebit locis, ac diſtinctis quatuor cathalogis, eiſdem prope folijs correſpondentibus, ne opus ſit longius diſcurrere, qui diſtinctè legi poſſunt, aut ſimul concorditer.

Et cùm ſepius vnius materia ſuperet materiã alterius, cõdona ſi non eiſdẽ omnino folijs cõcurrunt, cum nec ab initio intendiſſem vt vnquam prelo darentur. Ita & ſi rudi ſtilo pateat, æquo fer animo ac ſuſcipe, prout dominus quinque rudes & hordeaceos panes ex manu ſimplicis pueri ad conſolabilem omnium refectionẽ ſuſcepit & ampliauit. Simul & viduæ pauperis oblationẽ duorum minutorum commendauit. Condona pariter ſi quæ ſint incorrectiones, omiſſiones aut huiuſmodi cum ob ſenectam & debilitatem non potuerim aſſiſtere impreſſioni aut tranſcriptioni, & difficile eſt mentem authoris abſentis in omnibus ſemper referre.

Bene vale.

# ELENCHVS TOTIVS Operis.

Liber primus, à Chriſto Ieſu & beato Petro, primo Papa & pontifice, atquè à Iuliano Cæſare etiam primo Imperatore, & terminatur in beato Silueſtro Papa. 34. ac Conſtantino 44. Imperatore, circa annum domini.330. quibus annis eccleſia penè continuè fuit agitata ſub tyrannis ydolatris.

Secundus liber eſt de tempore, quo eccleſia fuit ſub imperio Græcorum, à Marco primo Papa 35.& à filijs Conſtantini Imperatoribus, ac terminatur in Adriano primo Papa 36. & finit in Conſtantino 60. & Helena matre eiuſdem, ad annum domini 800. & circa, quibus annis eccleſia impugnata fuit ab Arrianis & alijs hæreticis per annos penè 480.

Tertius liber à tempore Leonis tertij Papę 98.& Caroli magni imperatoris.81. à tranſlato imperio à Græcis, ad eũdem & poſteros ipſius. Et hic liber tribus partibus eſt diuiſus. Priori pro tempore ſui imperij, ac filiorum eius Regũ Franciæ. Secũda, à tempore quo imperium fuit ſub filijs dicti Caroli germanici, ſi quidem per Ludouicum Germanicum filium Ludouici Pii. Tertia qua ſub Imperatoribus germanicis ante inſtitutum modum eligendi, qui non fuerunt ex parte præmiſſi Caroli, & finit hic liber in Ioanne 19. Papa 178. & Othone tertio Imperatore. 95. circa annum domini 1002. per annos ducendos aut circa. Quo tempore eccleſia fuit afflicta a ſectatoribus Mahumeti, & multis illuſionibus Faunorum, Satyrorũ, Lutinorum & huiuſmodi.

Liber quartus incipit à Sergio quarto, papa 149.& Henrico ſecundo, Imperatore 96. primo per electionem, anno domini. 1003. Ac finit in Celeſtino quinto, Papa. 198. et in Adulpho imperatore. 112. circa 1292. atquè ita continet tempus penè. 290. annorum quibus annis multæ fuerunt commotiones in eccleſia, ſchiſmatum ac huiuſmodi, veluti Guelphorum, Gibellinorum, Albigiorum, fuit & conquiſitio terræ ſanctæ per Godifredum: Et commotio ſuper regnis Apulie & Sicilie.

Quintus liber, à tempore imperatorum domus Auſtriæ, & incipit a Bonifacio 8. Papa 199. et ab Alberto primo Auſtriæ duce, Imperatore 113. circa annum domini. 1298. terminaturquè in Gregorio.13. Papa 223. ac in Maximiliano ſecundo Imperatore. 225. et in Henrico tertio ac Chriſtianiſſimo rege Frãciæ & Poloniæ, quos dominus in ſua protectione conſeruet.

Fluxit eo tempore vſquè ad hunc annum. 1575. ſpatium 273. annorum aut circa, quo quidem tempore, nauicula Petri agitata eſt innumeris flatibus valdenſium, Vvicleffiſtarum, Huſſitarum, Lutheranorum, & huiuſmodi: aduerſus quos fuerunt celebrata concilia, Cõſtantienſe, Baſilienſe ac Tridentinum, & alia quædam.

# REVERENDO

ATQVE PRECLARISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, DOMINO NICOLAO LANGELIER, vtriuſquè iuris Doctori Regenti, & Eccleſiæ ac Dioceſis Briocencis Epiſcopo vigilantiſſimo, Frater Ioannes Rioche minorita, ſuæ dictæ ciuitatis pridem Guardianus, & prouinciæ Britaniæ miniſter prouincialis humilem ſalutem.

*QVODDAM (præſtantiſſime preſul) Compendium temporum, & hiſtoriarum eccleſiaſticarum, ex ſcriptoribus eccleſiaſticis ſelegimus, et quadruplici coegimus catalogo, etſi ſermone inculto, ſpero nihilominus non aſpernandam aut inutilem ſententiam: Idquè peregi animatus Zelo ſanctæ veſtræ doctrinæ ac continuò veſtro ſtudio vetuſtiſſimorum doctorum. Et quod non niſi pro particulari exercitio colligere ſperabam, à multis ſtimulatus. Id opus doctiſſimæ & Reuerendæ veſtræ paternitati offero probandum, & examinandum, an dignum ſit, vt ſub veſtra protectione dedicandum, prodeat in lucem: Exorans altiſſimum, vt eam Reuerendam paternitatem conſeruet incolumen, ac dirigat, amen. Ex præfato veſtro conuentu Briocenſi duodecima aprilis anno domini.* 1574.

*Teſtimonium eiuſdem Reuerendi domini epiſcopi.*

CRonicon Ioannis Rioche ſodalis Franciſcani, ſimplici ac nudo conſcriptum ſermone, commendat multiplex rerum geſtarum varietas, ſumma fide, magna diligentia, bonoque ordine perſcripta. Itaquè opus magno vſui ſtudioſis omnibus futurum, dignum eſſe, quod in lucem prodeat, meritò cenſemus.

*N. Angelius Epiſ. Briocen.* 1574.

## EX HIERONYMO IN EPIST. AD Dextrum de ſcriptoribus eccleſiaſt. Tomo. 1.

### Cap. 1.

CHriſtus Dominus legiſlator euangelicus. Petrus eiuſdem vicarius 37. annis à chriſto paſſo verbo dei intẽtus præfuit in officio quinque nẽpe annis circa Iudęam & in Cilicia, ſeptem in Antiochia deinde pergit Romã expugnaturus Symonem magum & deo inſpirante elegit illic ſuam ſedem in qua præfuit 25. annis. Duas epiſtolas compoſuit quę dicuntur catholicæ. Iuſſu Neronis cruci affigitur & obijt martyr anno 14. & vltimo eiuſdem Neronis, à natiuitate autem Chriſti anno. 70. & a paſſione. 37

CAP.



## EX PLATINA DE VITIS pontificum ac ex Hyſtorijs Eccleſiaſt.

### Cap. 1.

*IEſus chriſtus Epiſcopus n animarum noſtrarum ſupremus pontifex ſecundum ordinem melchiſedech. 1. Petri 2. ad hebræos 5.*

*Petrus apoſtolus prius Symon dictus à domino vocatus Petrus, dicente ipſo Chriſto, tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam ac pollicente tibi dabo claues regni celorum. Quod & adimpleuit poſt reſurrectionem dicens illi præcæteris. Paſce oues meas Et hinc tractũ eſt quod ſummi pontifices in eorum conſecratione communius ſua mutant nomina.*

CAP.



### CAP. 1.

IEſus Chriſtus, rex regum, & dominus dominantium, ait. Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Lucæ. 25.

Ex Euſebio in hyſt. eccleſiaſt. & alijs hiſt. Caius Iulius Cæſar, filius Lucij Iulij Cæſaris, (vt habet ſuis in commẽtariis) primus Romanorum Imperator, poſt multas victorias, & triumphos pro Romanis, primus vſurpauit Imperium, ante chriſti incarnationem, circiter quadraginta ſex annos: & in eo vix quadriennio imperauit: Nam dolo Bruti, & Craſſi fuit occiſus.

### Cap. 2.

Octauius auguſtus, Cæſar, ſecundus Imperator, præmiſſo Iulio ex ſorore nepos, & ex patre Caio octauio. Hic fuit princeps pacificus, & iuſtus: vt ſub ipſo locus chriſto pararetur:

nam



### CAP. 1.

*Hij prodierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis nam ſi fuiſſent permãſiſſent nobiſcum primæ iohannis ſecundo, hos de uita cum pugnis verborum ſuorum ad titum tertio.*

*Hæreſis per beatũ Auguſtinum, (vt patet de conſecratione, diſtinctione ſecunda) fuit chriſto præſente in Capharnaum, vbi de ſacra euchariſtia dixerunt, durus eſt hic ſermo, & abierunt retro: inter quos erat iudas ſed hij propriè infideles erant non credentes ex Auguſtino tomo ſexto ad quod vult deum.*

### CAP. 2.

*Simoniani à ſimone mago, doſentes deteſtandam turpitudinem vtendi fœminis indifferẽter: vt & eo tempore Nicolaus diaconus, Floriani, ac multo poſt Adamitæ, & Valdenſes. Hic etiam Simon*

*magus*

CAP. 2.

Hic & in ſequẽtibus notandum quod & ſi in annorum numeris quędam occurat difficultas inter hiſtoriographos nõ multo curandum eſt cum in rei ſubſtantia conueniũt Nam diuerſis reſpectibus numerationes inchoari finiriq́ue poſſunt, vnde oritur diuerſitas quę non multum facit ad fidem. Verbi gratia. De petro poteſt eſſe quod viam cœperit ex Antiochia ad Romã. 2. Claudij anno ſecundum Hieronymũ, Euſebium & alios. Eſto illuc nõ peruenerit ſaltem quod fuerit notũ vſque ad. 4. annum eiuſdem ſecundum magiſtrũ hiſtoriarum act. 81. vnde Hieronimus ait quod ſecundo Claudij anno Romam pergit.

CAP.

CAP. 2.

*Vnde hic fuit primus chriſti vicarius & totius eccleſiæ caput aiente domino tu vocaberis Cephas ſedem tamen Romanã (vt ait ſanctus Marcellus) ſibi elegit inſtinctu ſpiritusſancti. Nam & decebat vbi erat caput mundi ibi totius eccleſiæ caput ſedem habere. Quod iſdem Petrus in Romana ſede ſteterit fuit ſemper eccleſiæ totius conſenſus. Id autem teſtificantur Dionyſius, Ignatius, Clemẽs Romanus, Hegeſipus, * Athanaſius, b Epiphanius Chriſoſtomus & græci antiqui inſuper lex imperialis trium imperatorum vt Iuſtinianus citat l. 1. Cod. de ſumma trinitate. Hi vero inter cæteros id poterant ſcire & impugnare ſi fuiſſet impugnandum.*

CAP.



nam quadrageſimo ſecundo ſui Imperij anno, in Bethlæem Iudæ naſcitur. Regnauit ſexaginta ſex annis: & ab eo Imperatores dicuntur Auguſti: vt Cæſares à ſuo pręceſſore Cæſare.

CAP. 3.

Tiberius tertius Imperator, præmiſſi octauii priuignus, & gener, cœpit regnare anno ſextodecimo à chriſto nato: & imperauit triginta tribus annis. Cuius anno decimo octauo, Chriſtus pro omniũ ſalute paſſus eſt: Reſpondit præſidibus, boni paſtoris eſſe pecus tondere non deglubere.

CAP. 4.

Gayus calligula, quartus imperator imperare cœpit circa annũ à chriſto nato quadrageſimũ. Herodem agripã ex carcere liberans, iudeis regem conſtituit. Herodẽ verò Antipã apud Lugdunum

*magus docuit deum non feciſſe mundum, & negabat reſurrectionem, & aſſerebat ſe eſſe chriſtum & ſpiritum ſanctum: & Iouem ſuam imaginem, & ſuæ meretricis Salenæ, faciebat adorare: & aiebat nec chriſtum veniſſe, nec quicquam à Iudæis pertuliſſe hunc vt habet Auguſtinus, & etiam Hieronimus, petrus in vrbe Roma dei virtute extinxit.*

CAP. 3.

*Menandriani, à Menandro dicti, Simonis diſcipulo: qui mundum aſſerebat, ab angelis, & non à deo: nec ait à quot, aut quibus.*

CAP. 4.

*Saturniani, à Saturnino: qui eam infamem turpitudinem abuſus fœminarum, abundãtius quàm Simoniani prædicauerunt & vltra Menandrum, dicebant mundum à ſeptem angelis factum eſſe,*

*preter*

CAP. 3.

Paulus, de quo ſuffi-cientiſſimè in actibus apoſtolorum, à chriſto promiſſus beato Petro, quod illic eſſet venturus in eius conſolationẽ, & adiutorium: vigeſimo quinto anno à paſſione chriſti: qui ſecũdo Neronis anno (vt ait Hieronymus) poſt apellationẽ, Romã vinctus mittitur: & biẽnio in libera cuſtodia aduerſus Iudæos, de chriſti aduẽtu diſputauit Scripſit epiſtolas ad ſeptem eccleſias, quæ leguntur. Hic quartodecimo ac vltimo Neronis anno, Romæ capite trũcatus obijt: eo die & eadem ciuitate qua beatus petr⁹ (vt ſuo decreto Gelaſius teſtatur) fuit crucifixus. Et cũ ſecũdo anno Neronis, venerit Romã, ac quartodecimo & vltimo eiuſdẽ paſſus fuit, euidens eſt ipſũ manſiſſe duodecĩ annis in Roma.

CAP.

CAP. 3.

*Linus primus poſt Petrum tenuit ſedem annis 12. & menſibus tribus martyrio coronatur, fuit autem tempore Neronis, Galbæ, Othonis, Vitellij & Veſpaſiani.*

CAP. 4.

*Cletus 3. adhortante Clemente inuitus onus pontificatus ſuſcepit, fertur ſtetiſſe tempore Titi & Veſpaſiani annis vndecim.*

*Alij habẽt ſeptem, ſed in his numeris facilis eſt error, ex diuerſis impreſſionibus: martyrio coronatur. Hic primus in ſuis literis præmiſit ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Et inſtituit peregrinationem ad limina beatorum apoſtolorum Petri & Pauli.*

CAP. 5.

*Hic notandum quandam eſſe dubitatonem inter eccleſiaſticos ſcriptores, ex eo quod Clemens in*

*epiſtola*

dunum perpetuo dannat exilio. Fuit ſceleratiſſimus, vnde & à ſuis necatur, ſui imperij anno tertio, menſe decimo, hic fuit filius Germanici filij Druſi, qui Druſus erat frater Tiberij.

CAP. 5.

Claudius quintus imperator, patruus Gaij nẽpe frater germanici filij Druſi, anno chriſti quadrageſimo tertio. Hic primus ſibi ſubiecit Britanniam, quæ nunc Anglia dicitur. Nullius pœnè fuit memoriæ: nam vxorem probri conuictam, & eius iuſſu merito interfectam: paulo poſt accerſiri eam ad ſe iubebat Is claudius vino deditiſſimus, referunt Euſebius & Martinus ipſum fuiſſe meditatum edictum, & legem ſtatuere, qua veniam daret emittenti flatum, aut ſtrepitum vẽtris, etiam in conuiuio: cum ex continentia præ

pudore

*præter patris cognitionem.*

CAP. 5.

*Baſilidiani à Baſilide, ſpurcitiam approbante, præcedentium: & vltra ponebat trecentos ſexaginta quinque cœlos: & eis nomina angelica imponebat: & aiebat, mundum, & hominem, non à deo, ſed ab vltimo cœlorum factum fuiſſe: & negabat chriſtum fuiſſe paſſũ à Iudæis ſed Simon Cyrenenſem pro eo: negabat etiam futuram reſurrectionem, ſecundum Tertulianum, vtebatur incognitis nominibus, ad terrorem: vt barrabam, & marcob, ſummũ deum vocabat Abraxas.*

CAP. 6.

*Nicolaitæ, à Nicolao diacono, qui docuit communitatem, & indifferentem vſum fœminarum: & cum idolatris in cibis communicabat: & barbaricis nominibus, nec*

*creaturam*

CAP. 3.

Lucas euangeliſta, comes peregrinatiõis Pauli, vt Clemẽs Petri, ſcripſit euangelium. Item & actus apoſtolorum vrbe Roma fertur paſſus in Bithynia: qua morte non legi: fertur obijſſe trigeſimo à paſſione chriſti anno, quod fuit poſſibile. Nam biennio Romæ cum paulo mãſit, vt hyſtoria actuum extenditur. Et non dubium quin ab eo receſſerit, miſſus pro miniſterio verbi dei: & ſic quinquennio poſt receſſum à paulo (qui paſſus fuit trigeſimo ſeptimo) obijſſet, & ſeptennio ante paulum, ac Neronis anno ſeptimo, qui fuit trigeſimus à paſſione chriſti. Nota qui paſſi ſunt priores, hic citantur prius: demptis petro & Paulo dignitate prioribus.

CAP.

*epiſtola ad Iacobum, ait illi fuiſſe impoſitum onus ſummi pontificatus à beato petro: de mandato domini, & Euſebius id teſtatur. Item beatus Hieronimus libro illuſtrium virorum de Cleto nullam facit mentionem Ignatius nec Euſebius hiſtoriæ eccleſiaſticæ l.3. Et poſt Linum ponunt Anacletum: dehinc Clementem. Super his tamen communis eſt conſenſus, beatum Clementem vt nomine, ita & natura clementem, & humilem prouidè timuiſſe ſi pontifices ſibi ſucceſſores inſtituiſſent: eos quandoq; velle quaſi hæreditate poſsidere ſanctuarium dei ideo dictæ inſtitutioni ceſſit, & præmiſſos Linum & Cletum ſucceſsiuè ordinari procurauit: & ipſe poſt eoſdem, compulſus eſt officium ſuſcipere.*

*Anen-*

pudore quẽdem periclitatum reperiſſet: tandem tamen eam legem dimiſit: examinandam induciarum tempore.

CAP. 6.

Beatus Petrus tempore huius venit Romam anno ſecundo, hic imperauit annis tredecim mẽſibus nouem Agripinam ſui fratris filiam duxit vxorem contra ius & ab ea cum veneno fuit intoxicatus.

Nero ſextus imperator anno chriſti quinquageſimo ſeptimo gener dicti Claudij, hic inter cęteros fuit crudeliſſimus & vita abominabilis interfecit propriam matrẽ, fratrem, ſororem, vxorem, & magiſtrum Senecam, vrbémque Romanam, pro ſua voluptate, iſdem Nero fecit incendi: & dum ob id, Romanis eſſet odioſus: illud crimen, per falſum teſtimonium, impoſuit chriſtianis. Et

ipſe

*creaturam deo attribuebat: ſed poteſtatibus quibuſdam. Philaſter ait, hũc fuiſſe authorem Cnoſticorum: qui ab Euſebio appellatur caſtus Hyſtoriæ eccleſiaſticæ.*

CAP. 7.

*Cnoſtici, qui propter excellentiam ſcientiæ, ſic debere vocari gloriantur: & ab alijs dicebantur barbritæ, id eſt ſcenoſi: qui omnem turpitudinem amplius quàm præcedentes operabantur: multa fabuloſa de deo, & creaturis ponentes, diebant animas eſſe de natura dei: & eas in corporibus peccata committi, & tandem reuerti in deum immaculatus: & ponebant deum bonum, & malum Ireneus aſſerit Carpocratem horum authorem. Alphonſus ex Philaſtro ait eos poſuiſſe beſtias intellectiuas.*

CAP.

## Sacri Doctores.

### CAP. 5.

Iacobus cognomento iuſtus, filius Alphei, fratris Ioſeph ſponſi beatæ marię, ac mariæ cleophæ ſororis eiuſdẽ beatæ virginis: & ſic cognatus, & agnatus Chiſti, vnde etiam vltra quod corpore ſimilis erat chriſto: dicitur frater domini: ſicut & ſui fratres puta Simon, Iudas, & Ioſeph iuſtus, ſtatim poſt paſſionẽ chriſti ordinatꝰ ab apoſtolis, primus epiſcopus Hieroſolimitanus ſcripſit vnam epiſtolam: quæ prima eſt ex catholicis. Fuit ſanctiſſimæ vitæ, etiam teſte Ioſepho iudæo, triginta annis rexit eccleſiã Hieruſalem: iuxta quam à iudeis occiditur martyr: & ſepelitur ſeptimo Neronis anno: vnde & trigeſimo à paſſione Chriſti.

CAP.

## Summi Pontifices.

*A nonnullis etiam dicti Linus & Cletus dicũtur non fuiſſe ſummi pontifices, ſed Petri coadiutores: qui dum viueret cupiens orationi & verbo dei inſtare, eos ordinauerat præsbyteros, & coadiutores: vnum in vrbe, et alterum extra vrbem: & ſic Clemens reipſa eſſet primus poſt petrum, ſed & illi vt coadiutores: & inuicem deferentes etiam nomen Epiſcoporũ habuiſſent.*

*Et Iohannes papa tertius in epiſtola ad Germanos, & Alexander primus in decretali prima ad orthodoxos.*

*Et is qui ſummam conſiliorum coëgit: huius ſunt voti, vnde & nicolaus papa, quintadecima, queſtione ſexta, capite, auctoritate ait Alexandrum fuiſſe quintum à petro: & inde eſt diſcordia ab initio in cõmemoratione pontificum: vt Clemens numeretur*

## Imperatores.

ipſe primã, ac generalem perſecutionẽ intulit chriſtianis. Sub eo paſſi ſunt Petrus & Paulus, & alij innumeri. Tandem dum a populo in eum cõcitato inſequeretur: vt vinctus ſub furca flagellis, vſque ad necem cederetur: & in tyberim proijceretur: fugiens ſeipſum interfecit, imperij ſui quartodecimo.

### CAP. 7.

Galba ſeptimus Imperator, anno chriſti ſeptuageſimo primo, in Hyſpania creatus, Romam cõfeſtim veniens, auaritia cunctos offẽdebat: vnde inſidiis Ottonis iugulatus, ſeptimo menſe ſui imperij. Otto

## Hæretici.

### CAP. 8.

*Carpocratiani, à quodam Carpocrate, in Aſia qui docebat omnem turpem operationem: & adinuentionem peccati, vt placeret demonibus, & angelis: alioquin non poſſe in cœlum a aſcendere: aſſeruit chriſtum ſolum hominem, ex viro & muliere genitum: ſed cum anima ſcienti ſuperna negabat reſurrectionẽ, cum lege & mundum eſſe à deo: ſed à quibuſdam virtutibus, eius ſocia marcellina habebat ymagines Ieſu, pauli, homeri, & Pitagoræ adorando cum incenſo.*

CAP.

CAP. 6.

Marcus euangeliſta, dictus Iohãnes, diſcipulꝰ & interpres petri, breue ſcripſit euangelium Romæ, vt audierat à petro: miſſus in Ægiptum, & primus apud Alexandriam annũciauit Chriſtum: & fundauit ecclæſiam, cum tantæ vitæ & doctrinæ continentia, vt omnes cogeret ad exemplum ſui: vt de & Philo multa in eius laude ſcripſit: ibidem martyriſatus octauo Neronis anno & trigeſimo primo à chriſto paſſo. Quidam computauit inchoatum annũ pro completo, dicunt quod trigeſimo ſecũdo: & de Iacobo quod trigeſimo primo, ita & de alijs: vnde rarum eſt curandum de tali differentia, ſed inſequimur Hieronimum.

CAP.

*meretur ſecundus: & de hinc Anacletus, qui quintus, dicatur tertius.*

CAP. 6.

*Et inſuper Irenæus, & Euſebius, ac hieronimus eſto ponant Linum: non tamen Cletum ſed Anacletum eius loco, & Clementem, Euariſtum, ſed cum eccleſia omnes iſtos celebret: ſub nomine ſummorum pontificum: eum ordinem ſecuti ſumus: cum Damaſo, Platina & Martino.*

*Clemens quartus, vel ſecundus, obijt martir tertio Traiani anno: à chriſto paſſo ſeptuageſimo.*

CAP. 7.

*Anacletus, quintus, papa, circa annum ſeptuageſimum à chriſto paſſo: ex Athenis, patre Anthioco, ſedit annis nouem, menſibus duobus, temporibus Domitiani, Neruæ & Traiani, ſub quo obijt martir. De ipſo vide notata, ante Clementem, multa*

Otto Imperator octauus, inter tumultus inuaſit imperium: ſed à Vitellio ſuperatur: vnde deſperatꝰ ſe interemit: tertio menſe imperij.

CAP. 11.

Vitellius nouus Imperator, potitus imperio, in omnem ſęuitiam & ingluuiem prolabitur: vnde Veſpaſianis obſidens Ieruſalem pro Romanis, creatur Imperator: qui dictum Vitellium occidit: & in Tyberim proiecit, octauo ſui imperii mẽſe.

CAP. 12.

Veſpaſianus, decimus imperator, cœpit imperare anno domini, circiter ſeptuageſimo quinto: & imperauit annis nouem, humanus fuit & bonus: ac morte iuſta te ſe erexit, aiens, decet Imperatorem ex terris diſcedere.

CAP.

CAP. 9.

*Cherintiani, à Cherinto, & Merintiani, a Merinto, ex Iudæis, mundum ab angelis factum eſſe dicentes, & carne incircunciſum circuncidi debere, & legem obſeruare Ieſum hominem tantum fuiſſe, nec ſurrexiſſe, ſed ſurrecturum, aſſerentes mille annos poſt reſurrectionem, in terreno regno dicti Cherintiani ponebãt ſecundum carnales ventris & voluptatis futuros: vnde dicebantur Chiliaſtæ.*

CAP. 10.

*Nazaræi, confitentes chriſtum nazaræum, filium dei, & legem veterem literaliter ſeruandam.*

*Ebionei, à Ebione, eadem cum Cherintis aſſerentes: vnde nec ab iſidoro citantur: poſuerunt Chriſtum ex Ioſeph, ex Maria natum: & ſolum fuiſſe hominem: Symachus interpres*

CAP. 7.

Mathæus, primus ſcripſit euangelium hebręo ſermone : euangelizauit in Iudæa, & Macedonia: deinde ad æthiopiam, & Perſidam pergit: vbi & ipſe beatus Mathæus regeni, & regnum conuertit ad chriſtum & ſedem ſuam tenuit illic triginta tribus annis : patitur martyrium circa trigeſimum quartum annum à chriſto paſſo. Notandum Hieronimum tantum ſcriptores ponere : ſed quia ſinguli apoſtolorum, ſua doctrina fidem plantauerunt, hic omnes citabuntur.

CAP. 8.

Andræas, frater Petri primus chriſti diſcipulus prędicauit ſcithis, ſogdianis, & ſaccis, & vſque ad interiores æthiopes: crucifigitur apud Patras ciuitatem Achaiæ, ab Ægea prefecto edeſſenorũ vbi prius conuerterat ad fidem

*multa probè ordinauit.*

CAP. 8.

*Euariſtus græcus, papa ſextus, ſedit annis nouem & menſibus decem : vt aiunt quidam, ſub vltimo Traiani anno coronatur martyrio : aut melius ſub Adriano. Hic ordinauit matrimonium, cum debita ſolennitate debere fieri, & non clandeſtinè: & biduo, aut triduo poſt incõtinentia orationi vacandum, vt fœlicius proles ſuccedat.*

CAP. 9.

*Alexander primus Romanus, ſeptimus à chriſto, ſedit annis decem, menſibus ſeptem, temporibus Traiani, & Adriani: obijt martyr, circa annum à chriſto, cẽteſimum vndecimum : & eum eo Euentius, & Theodolus. Appoſuit in miſſa, qui pridie, &c. vſque hoc eſt corpus meum : inſtituit vſum aquæ benedictæ.*

CAP.

CAP. II.

Titus, vndecimus Imperator, filius veſpaſiani, cœpit imperare circa octogeſimum quintum annũ à Chriſto imperauit vix annis tribus: maxime humanus victoriam potitus eſt de Iudęis : tantæ fuit libertatis quod nulli quidquam denegabat: aiens, nullũ debere recedere triſtem ab imperatore.

CAP. 12.

Domitianus, duodecimꝰ Imperator, filius Veſpaſiani, & frater Titi, in omnibus illis diſſimilis. Hic exercuit ſecundam perſecutionem in chriſtianos poſt Neronẽ : Iohanem euãgeliſtam, iuſſit mergi in dolium olei feruentis: deinde miſit in exilium in Pathmos, fuit circa annum domini octauum: Imperauit autẽ tredecim, aut quindecim annis, occiſus à ſuis in ſuo palatio.

Nerua

*pres fuit huius erroris.*

*Cenſei, & Elceſei, à Damaſceno iunguntur : ponentes chriſtum, & ſpiritum ſanctum, in cœlo creatos: & chriſtum venientem in Adam, & rurſum ſecundum tempus ipſum exuentem, & quanquam Iudæi, Euangelio vtuntur : abominantur vſum carnium: & fidem ſufficere corde, tempore tribulationis.*

CAP. 12.

*Valentiniani, à Valentino, negantes carnis reſurrectionẽ, & vetus teſtamẽtum, ponũt triginta fabuloſas eonas, vel ſecula omniũ cauſas, chriſtum aiunt à patre, id eſt profundo miſſum: & corpus cœleſte attuliſſe, nihilquè aſſumpſiſſe de virgine maria : ſed per eam, vt per canale, aut fiſtulam tranſiſſe : aiunt de trigeſima eonade, diabolum eſſe genitum : & mundum à diabolo natum, & ideo malitiam*

dem Maximillã vxorem eius: quæ ſuſtulit corpus apoſtoli: & dedit ſepulturę.

CAP. 9.

Iacobus, filius zebedęi, frater Iohannis, prædicauit euangelium tribubus Iudæorum diſperſis per Iudęam, & Samariam: & poſt modum idem Iacobus tranſit ad Hyſpanias, illuc prędicaturus: vbi tantummodo nouē diſcipulos acquiſiuit: quorum duos ibidem cauſa prædicationis dimiſit: alios ſeptem ſecũ ducens, reuerſus eſt in Iudæam vbi incitatione Abiatar pontificis, iuſſu Herodis Agripæ decolatus eſt: vt actuum narrat Hiſtoria: & præfati diſcipuli nocte corpus eius ſumẽtes, nauiſiue regimine impoſuerunt: ſed ductu angeli in Galliciã Hyſpanię ad reginam Luppam peruenerunt: vbi tandẽ cum multis miraculis

*Sixtus primus, Romanus pontifex, octauus à chriſto, circà annum domini centeſimum vigeſimum primum fuit tempore Adriani imperatoris martyrio coronatur ordinauit, vt ſanctus caneretur in miſſa: & ne ſacra vaſa tangerentur à laicis.*

CAP. 10.

*Theleleſpus, nonus à chriſto, græcus, tempore Antonini pij, ſub quo ſuſtinuit martyrium, ſtatuit quod clerici abſtineant à carnibus, & delicijs à quinquageſima: vbi ſeculares à dominica quadrageſimæ ieiunabant vt patet diſtinctione tertia ſtatuimus & capitulo ſequenti dicitur hoc nõ habuiſſe vim: vnde ſolam eã hebdomadam adiecit quod ad clericos: nam antea (vt refert Martinus capitulo de baptiſmo chriſti & antiqui doctores) Petrus inſtituerat ieiunium quadrageſimæ, & aduentus.*

CAP.

CAP. 12.

Nerua hyſpanus, decimus tertius Imperator circa annum domini cẽteſimum: imperauit tantum anno vno, menſibus quatuor ex ſentẽtia ſenatus reuocauit omnia quæ Domitianus ordinauerat. Iohannes euangeliſta ſub eo redijt Epheſum. Hic etiam fuit cognominatus pertinax vt Helius: nam Hieronymus habet, quod etiã Iohannes ſub pertinace redijt Epheſum. CAP. 13.

Traianus, quartus decimus Imperator, circa annum domini, centeſimum primum: fuit filius adoptiuus Neruæ, multum humanus, & bonus ad ſubditos. Incitatus tamen à Tarquinio, principe ſacrorum, & Mammertino, tertiam perſecutionem mouit in chriſtianos. Vnde ſub eo paſſi ſunt Ignatius, & Euſtachius, vuariſtus & Simon

*Tertia perſecutio.*

*malitiam naturæ mundi illi attribuendam: de his Irenæus. Item & chriſtum animam tantum ſaluaſſe, ſequentes vero idem cum Valentinianis cenſcrunt, paucis ſuper additis videlicet Secodiani, Ptolomei, Collobarzei, & Heracleomitæ qui ponunt duo principia: redimunt mortuos oleo & balſamo.*

*Secudiani. Ptolomei. Collobarzei, Heracleonitæ.*

CAP. 13.

*Orpheitæ, qui ſerpentem colunt, & nutriunt, quo illudũtur, quod lambat oblata: & eum qui decepit Adam arbitrantur eſſe chriſtum.*

*Fuit & quidam baſſus, negans ſperandum eſſe in chriſto, vt Aballardus diu poſt: & aiens chriſtum non liberaſſe hominem à diabolo.*

*Baſſus. Aballardus.*

*Diotrephes negauit humanitatem exibẽdam peregrinis catholicis 3. Ioh. cap. 9.*

*Diotrephes*

CAP.

raculis fuit ſepultus: & ſolennis eccleſia illic ædificata: vbi vſque nunc mirabilia operantur à domino. Et hic fuit primus martyr ex apoſtolis, antequã Petrus Romam veniſſet.

*Iacobus primus apoſtolorum paſſus eſt.*

CAP. 10.

Philippus, prędicauit euãgelium gentibus per Syriam, deinde in Aſia: & extinxit errorem Ebionitarum, vbi iſdem Phlipp⁹ cunctis pro fide benè inſtructis, tent⁹ ab infidelibus, in Gerapali crucifix⁹, & lapidat⁹ fuit; circa trigeſimum annum à Chriſto paſſo.

*Anni Chriſti 3.*

CAP. 11.

Bartholomęus, per Licaoniam, & apud Indos prædicauit euangelium, ſecundum Mathæum: & tranſtulit in eorum linguam, ad vltimũ in Albanopoli maioris Armeniæ, viuens à Barbar is eſt excoriatus, & decolatus.

CAP.

CAP. 11.

*Higinius, decimus poſt chriſtum, Athenienſis, ſub Antonino pio, circa annum centeſimum quadrageſimum quartum, ordinauit multa de dedicatione templorum, de patrino, & matrina in baptiſmo, martyrio coronatur.*

*Pius primus, vndecimus à chriſto, Italus attigit tempore Antonini, & Commodi: martyrio coronatur, ordinauit paſcha celebrari in dominica.*

CAP. 12.

*Anicetus duodecimus, natione Syrus, tempore etiam Antonini veri, & Commodi: martyrio coronatur, tempore Seueri, circa annum centeſimum quinquageſimum nonum.*

*Soter tertiuſdecimus, Campanus, circa annum centeſimum ſexageſimum ſextum, quo tempore hæreſis cathaphrigarum inſurre-*



Simon, in Hieruſalem: ſuaſione Plinij modeſtior fuit effectus: & ordinauit chriſtianos nõ per quiri, ſed oblatos puniri, fuit multũ victorioſus, obijt fluxu ventris, imperauerat nouemdecim annis.

CAP. 17.

Adrianus helius, quintuſdecimus, circa annũ domini centeſimum & vigeſimum, fuit nepos Traiani, ex cõſobrina, rebelles iudęos ſubiugauit expellẽs eos extra Hieruſalem, quam reędificauit: includẽs in ea ſepulchrum chriſti, & tunc teſte Supplicio nullus illic erat epiſcopus ex chriſtianis, ſed tantum ex iudæis: vnde eos expellẽdo arbitrabatur etiã expellere chriſtianos: quorum lex ortum habet ex lege moſaica, ſed deus vertit ad appoſitum. Nam eſto ab initio perſecutus ſit eos, contemplans tamen pietatem

CAP. 13.

*Himenæus, & Philetus dixerunt reſurrectionem iam factam 2. Tim. item Himenæus & Alexander. 1. tim. 1. & 2. 4. de Alexandro ærario, Phigell⁹ & Hermogenes auerſi à veritate 2. tim. 1.* *Hymenius Alexã. Phigellus Hermogenes*

*Caiani qui ea inhonorant & dicuntur Caldæi à Tertuliano. Item Iudam ditorem Chore, Datham, & Abirõ, ac Sodomitas ſanctificant, blaſphemant legem, & deum eius auctorem: ac reſurrectionem negant.* *Caiani vel Caldei præſcriptionib. aduer.*

CAP. 14.

*Sethiani, qui Seth fabuloſa & hæretica vanitate honorant: quaſi diuinum ſemen ex ſuperno patre, & ſuperna matre.*

*Archontici, aſſerentes mũdũ factũ à principatibus archangelis, carnis reſurrectionem negant, & nouum teſtamentum, veteri vtentes ad ſuum intellectum.*

CAP.

CAP. 12.

Tomas Partis, Medis, Perſis, Hircanis, & Bragmanis, apud quos Alexander non potuit trãſire, prædicauit euangelium: & dormiuit in ciuitate Calamina Indiæ ſed poſtmodum corpus eius tranſlatum fuit in E deſſem.

CAP. 13.

Simó chananæus, qui & Zelotes, ac iudas thadæus, frater eiuſdem apoſtoli & fratres Iacobi minoris, per reuelationem ingreſſi ſunt Perſidẽ: vbi multi miraculis, Arphaxat & Zaroem magis fugatis, & confuſis, rex. Xerſes, & vera dach campi ductor ad fidem conuertuntur, cum eorum familijs, & eorum ſupplicatione: apoſtoli aliquot ãnis mãſerunt in Babilone, inſtituentes Abdien: qui cum eiſdem ex iudæa venerat eius loci epiſcopũ qui dominum viderat & ordinatis

*ſurrexit: martyrio coronatur, ſub Commodo, vel Seuero.*

CAP. 13.

*Eleutherius græcus, quartuſdecimus à chriſto, circa centeſimum ſeptuageſimum ſeptimum, ſub quo Britania maior, quæ nunc Anglia dicitur, fidem ſuſcepit: habitata tunc à Britonibus: ſed poſtmodum à Saxonibus paganis, qui fidem ſuſceperunt tempore Gregorij. Hic fuit ſub Antonino vero & Commodo, martyrio coronatur.*

CAP. 14.

*Victor Affer, quintuſdecimus à chriſto, circa annum centeſimum nonageſimum ſecũdum, ſub hoc fuit difficultas. Nam orientales volebant celebrare cum Iudæis, luna quartadecima, quacunque die veniſſet: occidentales vero, pro reuerentia reſurrectionis die dominico volebant celebrare: prout fuerat*

pietatem religionis eorum, fuit eis benignus, & beneficus: obijt in cãpania ſui imperij anno. 21.

CAP. 18.

Antoninus pius. 16. Imperator, gener & filius adoptiuus Adriani, imperauit cum filijs Aure
140 lio & Lucio annis. 22. circa annũ domini 140. oĩbus fuit adeo benignus & humanus: vt pij cognomen adeptus ſit etiam apud chriſtianos. Galenus medicus, & Ptolomeus, ſuo tempore floruerunt. Ita fuit pius ad ſubditos, quod dixit, malo, exemplo Scipionis vnum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes occidere.

CAP. 19.

Marcus Antoninus ve
163. rus. 17. Imperator, circa 163. à Chriſto, imperauit cum fratre ſuo Lucio Aurelio Cõmodo annis 19. qui primi inter ſe diuiſerunt

CAP. 16.

*Cerdoniani, à Cerdone. Romam veniens, poſuit duo principia aduerſa, Deum legis, & Prophetarum, non patrem chriſti nec bonum, ſed iuſtum: ponit chriſtum ex bono patre deo: non tamen natũ ex fœmina, nec habuiſſe carnem, nec verè mortuũ aut quicquam paſſum: negat reſurrectionem, & vetus teſtamentum. Venit tẽpore Higinij Papæ. Irenæus de eo ſcripſit libro primo. cap. 28. ſimiliter Euſebius Ceſarienſis.*

CAP. 17.

*Martionitæ, à Martione dicti, oriundo ex pontho. Is teſte Damaſceno fuit filius Epiſcopi: & ob ſtuprum cuiuſdam virginis, fuit à proprio patre expulſus ab eccleſia, dehincque tempore Higinij papæ, & Antonij pij, Romam aſcendens pœnitẽtiam petijt, nec fuit auditus, vt reſtitueretur in integrũ:*

ordinatis præſbiteris,& diaconibus,egreſſi ſunt per alias regiones:fugãtes iterum eoſdem, qui nihilominus concitarunt Pontifices Idolorũ aduerſ⁹ apoſtolos vt cõpellerentur adorare deos ſolis,& lunæ:& interrogati ab angelo an mallent totam cohortem ipſis ſaluis interimi: aut ſoli martyriũ ſufferre: elegerunt mori: vt remanentes poſſent cõuerti. Dúmque ita compellerẽtur demones qui in dolis eorum iuſſu dola cumminuerant:apparantes in forma duorum Anthiopum,vnde Pontifices & Sacerdotes in iracundia eos trucidarunt:cum Senne eorum hoſpite. Et ſtatim facta fulguratione, templum tripharie ſcinditur: & Magi ictu fulguris vertũtur in carbones, rexque Xerſes poſt tres mẽſes, miſit qui punirent Pontifices

*Idolorũ templum ſcinditur*

*fuerat reuelatum beato Hermæ: & ob id fuerunt in occidente multa concilia prouincialia ſimul: quæ id conformiter ordinarũt: & hic victor in quodam concilio apud Alexandriam Paleſtinæ( vt quidam aiunt)ordinauit paſcha debere celebrari à 14. primi menſis vſque 21. in prima dominica ſequẽti, & nunquam in ea vt patet de conſe. d. 3. celebritatem, ſedit annos. 10. temporibus Commodi, & Thelij pertinacis martyrio coronatur, ordinauit omnes chriſtianos in paſchate debere communicare.*

CAP. 15.

*Zepherinus 16. Romanus ſub Antonino Aurelio & Seuero ſedit annis 9. menſibus 7. martyrio coronatur. Ordinauit omnes chriſtianos in paſchate debere communicare.*

*Calixtus*

uiſerunt imperium, & æquo iure adminiſtrarunt annis.19. non tamẽ multo poſt mortuo Cõmodo,hic ſolus imperauit laudatúrque in benignitate, & æquitate: ſic quod merito veri cognomen habuit. Nec quis mœrore vel gaudio vidit eius vultum mutatum. Propria vaſa aurea,& cætera monilia vxoris vendidit, ne pro ſtipendio militum grauaret prouincias. Sed heu qui in ſe bon⁹,permiſit quartã & crudeliſſimam perſecutionem, à ſuis in chriſtianos exerceri,in qua paſſi ſunt Policarpus cum multis, & in galijs Iuſt⁹ & Photinus eſpiſcopi vulnen. & lugdunen. & Epagathus, ſanctus Maturus, Attal⁹, & Blandina,qui ibidem ſunt paſſi. Qui ſcire voluerit legat 4. lib. Hyſto.eccleſiaſticæ. Et mirum cur eccleſia Romana

*integrum quã ꝑpter aduerſus fidẽ eleuat⁹, tria dogmatizauit principia: bonum, iuſtum, & prauum: ( vt referunt Epiphanius, & Damaſcenus ) aut duo cõtraria principia, vt credo, deum bonum, & deum iuſtum: vt illi tribuunt, Iſidorus & Hieronimus. Nam primo Auguſtinus non reſoluit. Aiebat item nouum teſtamentum alienum à veteri, & alloquente in ipſo: negabat reſurrectionem. Duo aut tria baptiſmata poſt lapſum, ordinabat, pro mortuis, cathecumenis. Alij apud ipſos baptizabantur: per Damaſcenũ & Chryſoſtomum 1. cor. 15. ſuper eo. quid facient pro mortuis baptiſatur? ita Theophilactus, nec obſtat quod Alphonſus Auguſtino id illi non tribuere dicat. Nam & ſinguli aliquid eidem tribuunt, quod non alij, Irenæus enim vltra præmiſſos ait.cap.29. li.1. ipſum*

Epipha. lib.1. to.3. Her. 42.

pontifices , & corpora ſanctorũ ad ſuam tranſferent ciuitatem , præclaro illis ædificato templ o. Abdias l. 6. Præmiſſus Abdias hæc ita refert lib. 6. de certamine apoſtolico: & proſa C æli ſolemad dem canit. Thomam Iudi Iudam Perſæ: Simonémque &c. Hicque Iudas teſte Hieronymo, epiſtolam canonicã ſcripſit: quæ ipſius nomine legitur. Iudas qui à beato Thoma miſſus fuit ad regẽ, vtile fuerat promiſſum per epiſtolã ſalutaris non, fuit hic Iudas apoſtolus ſed alius Euſeb. l. 1. c.12 Nic. l.2. cap. 40. Nicep. l.3. cap. 2. et 25. ex.72.diſcipulis vt clarè patet ſecun. eccleſiaſticæ donec Hieronim⁹ id illi tribuit, Symeon verò de quo. 3. eccleſiaſticæ 2.&.25.filius cleophæ fratris Ioſeph fuit vt illic dicitur vnde vt Chriſti conſobrinus eligitur epiſcopus Iheroſolimitanus poſt Iacobum

*Calixtus 17. & primus huius nominis, circa annum 217. tempore Seueri & Alexandri, martyrio vitam finiuit: cum ſediſſet annis 5. hic determinauit ieiunium 4. temporum ſecundum 4. partes anni, quod prius per tres erat: fecit ordinationes de gradibus conſanguinitatis: de matrimonio ſuo tempore Origenes & Tertulianus.*

CAP. 17.

*Vrbanus primus à chriſto 18. circa annum 222. temporibus Aurelij, Antonini & Alexandri, ſub quo patitur: cum ſediſſet annis. 8. plurimos conuertit ad fidem, vt ſponſum ſanctæ Ceciliæ. Hic ordinauit quo prædia quæ vendebantur à conuerſis ad fidem, & primum dabatur ad pedes apoſtolorum, vtilius conferẽtibus matricibus eccleſijs: & prouentus diſtribuerentur eccleſijs, & pauperibus*

Romana hos non celebrat. Euſebius eodem lib.5.ait cap.1.quod iſdẽ Marcus reſcripto mandauit apud lugdunen. chriſtiãos perſiſtẽtes puniri, negantes dimitti: ſed inſanum vulgus decuplo auget mandatum.

CAP. 17.

Lucius, Antonin⁹, Commodus, filius marci Antonini veri.18. imperator, circa annum domini 182. fuit oĩno patri diſſi- 182 milis: & in crudelitate Neroni ſimilimus. Vnde ad oppoſitum ſẽſum vocatus fuit. Cõmodus Theodation Theodation interpres eius temporibus floruit dum imperaſſet annis 13. à propria vxore veneno intoxicatur, & tãdem in propria domo vaſtali ſtrangulatur.

CAP. SI

Helius pertinax.19.Imperator, ſic dictus quia contra eius voluntatem, ſententia ſenatus, fuit creatus

*ipſum nullum recepiſſe euangelium, præterquam Lucæ, idque circunciſum, & mutilatum: nam cùm negaret veram chriſti carnem, omnia quæ ſunt de chriſto generaliter abſtulit. Item & epiſtolas pauli, vbi illi aduerſantur, abſcindebat, prout Hieronymus prohæmio ad Titũ aſſerit: prout & hæretici communiter. Aiebat item ſolas animas per chriſtum ſaluari, & non terrena corpora. Item maiori blaſphemia aſſerebat, cum Cayanis, animas Caym, Chore Sodomitarum & ſimilium ſolas à chriſto ſaluatas dum deſcendit ad inferos, quia & eidem accurerũt Abel vero & Enoch ac Abrahã & qui circa ipſum & Prophetarum, quoniam ſciebant deum tentantem ipſos, credentes adhuc tẽtari ab ipſo, non crediderunt nec accurerunt & propterea remanſerunt apud inferos ſolus*

bum & pro fide ſub Traiano ab Attico cruci adiudicatur cũ.120.eſſet ãnorum, nec fuit apoſtolus ſed etiam ex.72. Hic enim fuit filius Cleophę & ali⁹ Alphei vt Marci. 3. Et hic Hieroſolimis paſſus, alius autem in Perſide: veriſimile tunc quod patres eorum fratres fuerint. Iſidorus & Beda in cronicis & Euſebius ita manifeſtãt, & martyrologium & qui lectiones de feſto colegit fuit deceptus ex ſimilitudine nominũ quod iuſtè fuit correctum in breuiario nouo, Abdias diſcipulus Symonis & Iudæ apoſtolorum & ab eiſdẽ cõſecrat⁹ eſpiſcopus Babilonen illorum & aliorum apoſtolorũ certamina conſcripſit hebraicè, quæ poſt modũ ab Eutropio filio eiuſdem regis Perſarum in græcum & ab Aphricano in latinum ſunt tranſlata

*Marci. 3. Symeon Hieroſolimitanus paſſus Euſebius. lib. 3. cap. Abdias Babilo. epiſcopus.*

*pauperibus 12. q. 1. videntes.*

CAP. 17.

*Pontianus 19. à chriſto, temporibus Alexandri & Maximini, et ſub iſto deportatur exul in Sardiniam, & moritur cum ſediſſet annis 5. Quidam ferũt, quod ſub eo presbyteri Romanæ eccleſiæ prius dicti ſunt Cardinales. Iuſsit pſalmos decantari in eccleſia noctu & die: & confiteor in miſſa dici. Ciriacus qui. 19. poſt Petrum, ſed 20. à chriſto, qui ex Britania erat: relicta ſede, cum in ea ſediſſet anno vno, & menſibus tribus: receſsit in ſocietate vndecim millium virginum: & tulit martyriũ cum illis in Colonia Agripina, Clerus tamen ægretulit: & deleuerunt eum ex cathalogo Pontificum (vt Sigisbertus refert) etiam Martinus, & Platina (cum tamen paſſæ ſint, frendente perſecutione*

*Cyriacus.*

creatus imperator: omnibus fuit æquus nec vindicta vſus eſt. Aiunt tamen eum fuiſſe illiberalem, adeo quod dimidias lactucas, & Cardos conuiuijs dictus pertinax apponeret: noluit quod eius vxor Auguſta vocaretur, nec filius eius Cæſar, aiens ſufficere, quod ipſe ad id fuit coactus. Occiditur in proprio Palatio à Didio Saluio Iuliano. 6. ſui imperij menſe. Didius Iulianus prefatus fuit. 20. Imperator, circa annũ domini. 195. qui & ipſe ſeptimo menſe ſui imperij etiam fuit occiſus. Seuerus pertinax. 21. Imperator ac primus & vltimus ex Aphrica primo aduocatus procurator & per gradus aſcendit ad Imperium circa annum domini. 196. doctus fuit & victorioſus. Quintam perſecutionem exercuit in chriſtianos, paſſi ſunt Irenæus

*ſolus Irenæus quem viderim id illi tribuit at potuit cum dementia proteruire vt & Cayani ſui temporis Euſebius 4. eccleſiaſticæ 13. citat Policarpum eidem interrogati an ipſum agnoſceret reſpondiſſe agnoſco primogenitum ſathanæ.*

*Lucianus fuit quidam diſcipulus Marcionis & paris doctrinæ.*

CAP. 18.

*Marcitæ à Marco mago baptizabant in nomine ignoti patris omnium & veritatis omnium matris, item aiebant Chriſtum nõ fuiſſe paſſum aut crucifixum niſi putatiuè reſurrectionem negabant et ponebant duo principia 4. eccleſiaſticæ. cap. 10.*

CAP. 11.

*Appelliani qui ab appelle qui deos duos poſuit vnum bonum et alterum malum ſed bonum vnum omnium principium & ab eo factum fuiſſe, alium deum*

*Abdiacos ſepultus aũpus corpo. b. p. & Pol.* tranſlata, hic vt citat interfuit paſſioni beati Andreæ quæ & ab eo fuit conſcripta, quieuit in pace apud corpora beatorum apoſtolorum ſepultus.

CAP. 13.

Mathias per Iudæam & Galileam cõſtanter prædicans euangelium tentus & ductus ad annam põtificem qui poſt multa ipſum fecit lapidare & *Hiero. in catal. ſcri. eccle.* more Romano ſecuri percuti.

CAP. 14.

Barnabas qui & Ioſeph *Barnabas, dictus Ioſeph cyp.* ciprus: cũ Paulo ad prædicandum gentibus miſſus & ab eo propter Marcum ſeparatus compoſuit vnam epiſtolam quę non recipitur ſecundum Hieronymum, officium prędicationis exercuit etiam in ciuitate Romana *Euſ. l. c. 1 & l. 5. c. 11.* ante Petrum vt Clemẽs ait qui & Clemẽs per eũ fuit conuerſus. Dobotheus etiam aſſerit quod fuit

*cutione Attilij: tempore Leonis papæ, circa 444. & Pontianus fuit tempore Alexandri circa 224. Rõ. temporis id non permittit.*

CAP. 19.

*Anterus græcus 20. à chriſto efficitur martyr ſub Maximino circa annum domini 139. iuſſit conſcribi hyſtorias martyrum & ne propria vtilitate epiſcopus ex vna ſede tranſeat in aliam: ſed ob neceſſitatem eccleſiæ cum authoritate papæ vt citatur 7. q. 1. Mutationes.*

CAP. 19.

*Fabianus 21. Romanus circa annum 240. ſub gordiano duobus philippis & Decio imperatoribus ſub quo Decio martyrium patitur & ſimiliter collitur cum ſancto Sebaſtiano huius tempore nouatus præsbiter eccleſiæ Romanæ ſuſcitauit hæreſim Nouatianorũ propter quod congregatum*

reneus &c. obijt in Britania in ciuitate Eboraci. 18. anno ſui imperij.

CAP. 21.

Baſſianus Antonin⁹ caracala filius Seueri, natus in Britania & rex eiuſdẽ Antoninus nomine ſũpto caracala à modo veſtis datæ dictus impera-
213. tor. 22. ãno à Chriſto. 213 patre aſperior & intemperatior capitali pœna affecit eos qui pro tertianis aut quartanis remedia collo geſtarent aut qui contra ſtatuas minxiſſent, & ipſe dum meieret in edeſſa occiditur ab hoſtibus, 7. ſui imperij anno. Boëtius de conſolatione refert quod à militibus occidi fecerit Papinianum iuriſconſultum.

CAP. 22.

Macrinus. 23. cum filio Duademeno & Albinus voraciſſimus tam breui tempore ſteterunt quod nõ cõputantur niſi quod vno, tantum anno imperarunt

*deum in malum qui in ſua malitia fecit mundum ferunt quod & poſuerit chriſtum habuiſſe carnem ex elementis & aſcendiſſe in cœlum ſine carne Hieronymus. gal. 1. inuehit in ipſum ex Tertuliano quod quandam tranſlationem angelicam in quadam philumena poſuerit.* *De preſc. aduer. he.*

CAP. 20.

*Seueriani à Seuero vinum non bibebant fabuloſè aſſerentes vitem ex ſathana & terra germinaſſe, reſurrectionem & vetus teſtamentum negabant mulierem & ipſe renuit, dicens eam eſſe ſiniſtræ potentiæ, diuinationes fatuas ex quadam philumena puella ad prænuncianda futura dicebat habere.*

CAP. 21.

*Tatiani à Tatiano qui & Ancratitæ dicuntur fuit circa tempora Antonini veri & ſoteris. Nuptias vt fornicationem damnabant*

fuit præſul Mediolanenſis & tãdem in Ciprũ reuerſus cũ Marco prædicans & miraculis coruſcans à iudeis noctu fune ad eius collum ligato extrahitur & dilaceratur, eius corpus extra portam comburentes.

CAP. 16.

Hieronimus. Catal. Euſebius. lib. 3. c. 4. Nicephor. l. 2. c. 34

Thimoteus Pauli diſcipulus gentilis ſecundum Hieronimũ fuit ordinat⁹ ab eo Paulo epiſcop⁹ Epheſiorum Titus condiſcipulus & epiſcopus Cretẽſis illic prædicauit euãgelium & obdormiuit in Domino.

Creſcens in galijs prędicauit ibidem ſepultus Hermas Pauli diſcipulus de quo meminit ad Romanos.

CAP. 17.

Seneca paulo familiaris cui reciprocè ſcripſit Philo Iudæus & Ioſeph⁹ hij de Chriſti & noſtrorum laude ſcripſerunt circa hæc tempora & Iuſtus

*gregatum fuit conſilium Romæ. 60. epiſcoporũ & totidẽ præsbiterorum vbi dicta hæreſis fuit cõdemnata & acta concilij ad orientales per Cornelium miſſa fuerunt vniformiter recepta, vide Euſebium. lib. 6. hyſtoriæ. cap. 32. & eiuſdem. cap. 22. quomodo iſte fuit electus diuinitus per inditium columbæ.*

CAP. 20.

*Cornelius 22. Romanus circa annum domini 254. martyrizatur ſub Decio & collitur vnà cum beato Cipriano, huius tempore fuit celebrata prima Synodus in Aphrica, in qua Ciprianus cum alijs multis ordinarunt baptizandos in quo errauerunt & reuocatũ fuit à Stephano & Cornelio ſed conſilium illud potuit errare quia particulare & non vniuerſale fuit.*

CAP.

imperarunt, occiduntur aũt ab his à quibus fuerant inſtituti.

CAP. 23.

Aurellius Antonin⁹ Heliogobal⁹. 24. Imperator anno chriſti. 221. ſumpſit nomẽ Heliogobali à ſole, cui⁹ erat ſacerdos fuit in omnibus flagitioſus admonitus amicis cauere ne redigerẽtur ad inopiam: reſpõdit quid melius quam mihi hæres ſũ & vxori meæ? faciebat multas inſanias, vnde tumultu militari ipſe cum matre necatur .4. anno imperij.

CAP. 24.

Alexander. 25. Imperator circa annum domini .224. dignus laude adiutorem habuit Vulpianũ quantum ad iuſtitiam ſic quod de ipſo nullus vnquam eſt cõqueſtus, mater eius Mammea ad ſe vocauit Origenem quẽ cum reuerẽtia audiuit fide ſuſcepta quæ ſupplicauit

*bant & omnẽ eſum carnium aiebant Adam damnatum & alia Martionis dogmata inſequebantur Calixtion fuit diſcipulus eius dictus fatianus concreuit Iuſtino martiri eius diſcipulus & fuit ſub eo fidelis & multa vtilia compoſuit ſed poſtmodum tumidus decidit in errores vt poſt eum Berdaſenes, Origenes & Tertulianus, vnde notandum ꝙ nullus debet de ſe preſumere aut ſuo ſenſu abundare: ſed potius cum dei timore cauere ne cadat.*

*Nec valet quod quidam de quibuſdam doctis aiũt qui pariter ceciderunt non poſſunt errare cum præfati multo doctiores errauerint.*

CAP. 22.

*Cataphriges aut Montani quia in Phrigia vixerunt, eorum authores fuerunt Montanus tanquam paracletus & duæ prophetiſſæ*

ſtus Tiberiẽſis Hiſtoric⁹ etiam Iudæus ſabbatum non ſuſceperũt.

CAP. 17.

Dioniſi⁹ Ariopagita, certo fuit pauli diſcipul⁹ & fertur miſſ⁹ à beato Clemente ſub Domitiano & paſſus apud Lutetiam pariſeorum circa annum à Chriſto paſſo. 62. compoſuit libros de cœleſti hierarchia & diuinis nominibus, nec mirum ſi Hieronimus & Euſebius de eis non fecerunt mentionem, quia nondum erãt publicati, circa enim annum domini. 855. fuerunt miſſi & preſentati, Ludouico regi filio charoli magni ab Imperatore cõſtãtinopolitano.

*Paſſus eſt dio. Apud Lutetiã anno. 62. Opera diony. Deo ao nõn faciũt hec mẽtionem Hiero. & Euſeb. & quare.*

CAP. 18.

Iohannes apoſtolus & euangeliſta vltimus omnium apoſtolorum obijt poſt deſtructionem Hieruſalem ætatis ſuæ anno. 99. & à Chriſto nato 100 vnde patet quod Chriſtus

CAP. 21.

*Lucius 23. Romanus circa annum domini 256. fuit, Stephanus decolatur ſub Valeriano tempore quo beatus Ciprianus 3. annis fuit.*

CAP. 22.

*Stephanus 24. Romanus circa annum 259. hic inhibuit ne miniſtri veſtibus extra myſterium eccleſiæ vtantur, ne laici ſacra vaſa tangant cùm multos gentiles conuertiſſet ad fidem, iuſſu Galieni obtruncatione martir efficitur, declarauit non rebaptiZandos baptiZatos ab hereticis vt ante ipſum Cornelius.*

CAP. 23.

*Sixtus 2. à chriſto 25. circa annum. 262. græcus ſtatuit miſſam tantùm debere ſuper altari celebrari quod antea nõ ſemper obſeruabatur, hic noluit ſacrificare Idolis, capite truncatur ſub Valeriano & Galieno qui galienus*

cauit filio vt benignè erga chriſtianos ageret, promiſit & qui vocatur beata Martina, ſub eo patitur & Calixtus papa, permiſit tamen multas perſecutiones, voluit ædificare templũ Chriſto, occiditur. 13. imperij anno tumultu militari.

CAP. 25.

*Bonifacius 3. Romanus Pappa 68. circa annum domini 609. Obtinuit à Phoca Cæſare, vt Romana eccleſia, ſedes B. Petri ab omnibꝰ eccleſijs haberetur ſuprema opponente Conſtãtinopolitana vt in Gregorio ſatis eſt dictum. Is ſtatuit in ſynodo 72. epiſcoporũ & 30. præſbiterorum &c. Ne quis ſub Anathemate, in locum demortui pontificis ſubrogetur niſi à 3. die poſt eius obitum, & id idem, ne per ſimoniam. Item vt epiſcopi fiat electio à Clero & populo vtquè cum ſummo pontifice princeps ciuitatis eam electionem ratam habeat. Sedit hic anno vno vel circa in hoc enim controuerſia eſt.*

CAP.



imultaſquè alias cõſtuprauit. Vndè & ipſi clam Heraclium filium Heraclii Ducis copiarum in Affrica conuocant, qui eos a tyranide liberaret. Iſquè proſperis velis adueniens tyrannum prçlio vicit: & manus ac pedes eidem reſecari, tum etiam pudenda abſcindi (cum vim coniugibus intuliſſet) iuſſit. Poſtremo quoquè omnium caput ãputari, & corpꝰ incinerari, extincto omni eius genere cũ eo. Et hic eius finis cum octo annis imperiũ vſurpaſſet idquè anno domini 611. Et hic finis librorum impreſſorũ Nicephori.

CAP. 65.

Heraclius filius Heraclij præfecti Affricæ. 66. imperator circa annum Domini. 612. vir ſtrenuus. Suo tempore Coſdroes Rex Perſarum aduerſus Chriſtianos bellum, vt contra Phocam cœperat, continué geſſit, nec voluit

*& vicinus, continuamquè cum ſuis ſectatoribus diſceptationem habuit.*

CAP. 78.

*Cum verò plurimos eo modo ſeduxiſſet, Arabes maximè contribules, ipſe taliter fretus circa annũ. 12. Heraclij & primum Honorij Pappæ patenter inſurrexit, & armis occupauit Arabiam, Aegiptum, Syriam, & penè totam Affricam ac Iudeam. Certum eſt, enim Arabiam, per B. Paulum, coniunctam ac finitimam eſſe, ei quæ Iudæa & Hieruſalem. Et ex hiſtoria Geneſeos, notum eſt Agar concubinam Abrahæ cum Iſmaele filio eam Arabiam adijſſe, à quo dicti ſunt Iſmaelitæ. Mahumetus tamen eiſdem perſuaſit, omnes benedictiones, & promiſſiones factas Abrahæ et ſemini eius per Sarram in eis debere compleri. Vndè Saracenos ſe ſe nũcuparũt quamquam*

tem quod vniuerſaliter.
Ex hac tamen Britannia Armorica in aduentu Britonum mares paucis forſam demptis, aut occiſi vel expulſi ſũt:& fœminarum linguæ abſciſſe, vt idioma britanicum ſereretur prout inciuſdem Britanniæ Chronicis. 2. lib.initio. Libro illuſtationum Galliæde horum Regno per amplius. Sed hæc nobis ſufficiant.

De britonibus ſuo loco tractabimus.

CAP. 99.

Ceſarius monacus lirinẽſis & tandem Epiſcopus Arelatenſis, ſanctiſſimæ couerſationis, & doctrinæ, temporibus filiorum Heraclij circa.660.

Andoen⁹ ſeu Dado epiſcopus Rothomagẽſis Docta quædam ſcripſit circa hęc tempora: potiſſimum vitam B.Eligii.

CAP.

CAP. 63.

*Bonifacius 4. natione Marſus Pappa 69. circa annum domini 610. obtinuit à Phoca imperatore, templum Pantheon, quod Thebetæ matri deorum ac Neptuni omnibus què dijs commune erat, maximis cum illuſionibus diaboli. Quod ab idolorum fecibus purgauit ac ſolemniter dedicauit in B. Virginis honorem, & omnium martirum Calendis nouembris. Sed nunc in omnium ſanctorum reuerentiam, templumque Mariæ rotundæ dicitur.*

*Blondus lib. 9. ait quendam cæcum eo in templo circa hæc tempora, eam antiphonam, Gaude Maria, edidiſſe. Hic multò mirandum, cum à Conſtantini tempore ad Phocam vſque 300. fere anni fluxerint nec quis, tamen imperatorum, dempto Iuliano, breui tempor*

*por*



luit deſiſtere Heraclio monẽte. Quãobrẽ Heraclius in eũ præpotentẽ parat exercitũ, cum iam tamen is Coſdroes obtinuiſſet Ægiptum, Alexandriam, Libiam & Carthaginem.

Idquè Heraclii anno. 6. Sed primùm Heraclius filium Cõſtantinum in Cæſarem præfecit, & fugientem Coſdroem inſequitur, & deuicit: Tranſiens Eufratem, quemdam Gigãtem Perſam ſuper pontem lancea perforauit, ac potentem ducem Saymã, precibus beatæ virginis (cuius ſacrum cingulum detulerat) cum ſuo exercitu miraculoſa ſuperat tempeſtate è celo eo in exercitu miſſa noſtris ſaluis. Hæc vincentius ex Sigiberto citat lib.24.c.1. 11.& 12.volumine.4.

CAP. 66.

Similiter & alium ducem Razantem magno cõflictu etiã deuicit. Reuerſuſquè eſt multis cum captiuis

uis

*quamquam à Græcis merito dicantur Agareni & Iſmaelitæ. Damaſcenus aliam dat rationem.*

*Is moritur circa 26. Heraclij, & 2. annum Seuerini Pappæ. Poſtea Calipha principatum inijt Iude à Achali, quo expulſo ab Aegiptijs Hali nouum Calipham crearũt & conſequenter ſoldanos, qui Arabiæ, Syriæ, Iudææ, Aegipto, & toti pene Aphricæ dominabantur. Dicebãtur autem Soldani Babiloniæ non à Babilone Aſsiriorum, ſed ab alia iuxta Aegiptum & Nilum, qui Chriſtianiſmum continuò afflixerunt. Perſæ tamen in ea diuiſione alium regem ordinarunt. Nam Soldani nõ ſunt Perſis dominati.*

CAP. 79.

*Iam in Saracenos præualuerunt Turcæ ſub eadem tamen lege, & Soldano ſuperato, eiſdem ac maiori orbis parti dominãtur vt de ipſis ſuo loco dicetur.*

CAP. 100.

Britones a Bruto denominati à Troianis pariter duxerunt originem. Nempè Æneas poſt bellum troianum in Italiam nauigio adueniens ſuſceptus á Latino Rege Lauiniã eiuſdem Regis filiam a demptus eſt ſimul,& regnum Latinorum. Ex qua Lauinia Aſcaniũ genuit, qui Siluij pater fuit. Siluius autem ex vxore nepte Lauimanæ Brutum hunc hahuit :in cuius puerperio mater moritur.

Qui & grandeuus dum in venatione eſſet cum patre, telum in ceruum dirigens patrem ſub pectore percuſſit,& occidit. ob quod á cõſanguineis indignantibus expellitur ab Italia. Et hinc patet Britanos,& Italos pro parte ex eadẽ ſtirpe Æneæ prodijſſe, prout & Iulliꝰ Cæſar allegabat Britannis.

Brutus autem exulans Græciam adiuit, vbi repertis

*pore idolatra fuerit, quo modo templum hoc, aliaquè, multa cum ſuperſtitione permitebantur: Niſi forſam quia Romani veterum ediſſiciorum conſeruandorum zeloſi erãt. Vndè & Sabianus ac nõ nulli alij in beatum Gregorium impingebãt, quòd ſuo mandato, veterum ædificia fuerint dirupta, nec peregrini aduenientes poſthabitis locis ſacris, monumẽta veterum cum admiratione inſpicerent. Inſtituit & is Bonifacius eo die ſolemnitatem omnium ſanctorum cum corporis Chriſti communione ſicut in die natalis domini. Poſtmodum etiam ex reuelatione fuit ſtatum feſtum commemorationis deffunctorum ſequenti die celebrandum.*

*Eo tempore Coſdroe Rex Perſarum in Romanorum & Chriſtinorum prouincias irrupit, vt ſuper Phocha dicetur. Hic Bonifaciꝰ domum*



uis ac ſpoliis. Circa verò ãnum.12.ſui imperii Coſroe ſuo phano reſidens, ſilio regnum tradidit.

Qui potenti exercitu iuxta Danubium contra heraclium contendit,& tandem duello prolixo dimicantes, ſuprà pontem virtute. S.crucis ab Heraclio occiditur.

Et eius exercitus fidei & poteſtati Heraclij ſe ſubuendit. vnde Heraclius ad thronum Coſdroe perueniens, cùm nec fidem vellet ſuſcipere, ab eo occiditur, Dato eius regno vnico filio ipſius quem ex ſacro fonte leuauit,& reuertitur lignum ſanctæ Crucis ſecum apportans, reliquiaſq; & ſacra vaſa, quę Coſdroe abſtulerat, cum maximis alijs ſpolijs ad reſtaurationem eccleſiarũ, quas tyrannus ſpoliarat. Volenſq; cũ triũpho,& imperiali aparatu, intrare per eam

*Hi autem omnes, & ſi non purè ſint idolatræ, ſunt tamen veri infideles ſoluentes & negantes Ieſum dei filium. Nec Mahumetus ſua lege nominatur deus ſed magnus dei nuncius & propheta.*

CAP. 80.

*Cum his afflictionibus præmiſſis Mahumeti, vt inimicus iterum mala malis adderet, Monothelitarum ſectam ſuſcitauit, vt foris & intus pugnæ eſſent. Monothelitæ illi, vt iam ſuprà cap. 35. in Chriſto negabãt eſſe duas voluntates, puta, diuinam & humanam, ſed vnam tantum cum quadam dei virili operatione, hæc verò rectè infertur ex hæreſi Eutichiana ac Monophiſitarum. Nam ſi ſecundum eoſdem.*

*Vna*

pertis multis Troianis ex progenie Heleni filij priani ſub Paudraſo Rege captiuis, ipſis eidem adhetentibus prudẽtia armorũm poſt multa eos ex captiuitate liberat, Regẽquè cum fratre detinet captiuum. Et pacifica cõcordia pro liberatione regis cõueniunt quod Brutus Igurgen primogenitã regis haberet vxorẽ, aurumquè ac frumentum cum onerarijs nauibus, & victualibus ac libera exundi facultate, quo ſors illis dediſſet, quibus exhibitis & conceſſis per Thirenum mare nauigant vſque Herculis columnas eòque perueniunt. Vbi & alios Troianos, qui fugam Antenoris fuerant comitati, reperiunt, quorum dux Corineus tantæ fuit virtutis, & audaciæ vt cum Gigante, æquè liberè vt cum puero certaſſet.

&

*domum paternam in Monaſterium redegit, & fundos ſuos, in monachorum vſus aſcripſit. Nec multo poſt cum ſediſſet annos 6. cum 8. menſibus fæliciter obijt.*

CAP. 64.

*Deuſdedit Romanus Pappa 70. circa annum domini 616. tempore Heraclij imperatoris tantæ fuit ſanctitatis, vt leproſum ſuo oſculo mundauerit. Inhibuit ne filius patrini è ſacro fonte leuatam haberet vxorem, vt de cognatione ſpiritali. Sub eo fuit ſolemne concilium Antidiorenſe prouinciale tamen, cuius canones in tomo ſunt conciliorum moritur cum ſediſſet annis tribus vel 4.*

CAP. 65.

*Bonifacius 5. Campanus Pappa 71. circa annũ domini 617. tempore Heraclij imperatoris quo tempore Mahumetus ortus eſt Bonifacius hic fuit vir ſingularis humanitatis*

eam portam qua Chriſtus exiuit cum cruce, vterq; murus portæ coniunctus eſt, & Angelus apparens ait Regem Regum dominum non cum tali triumpho Crucem portaſſe.

Vndè humiliatus imperator & nudis pedibus incedens porta ſe apperiente ingreſſus crucẽ ſuo loco reſtituit canens illam antiphonam O crux ſplendidior cunctis & c. vbi tũ mortuus reſurgit, cœci illuminantur, leproſi mundãtur, in quorum memoriam feſtum exaltationis Sanctæ crucis inſtituitur cummunis eſt hiſtoria.

Reuerſus verò Conſtantinopolim Heraclius Aſtrologiæ, & otio ſe dedit, & ſororis filiã cõtra phas in vxorem accepit quæ creditur fuiſſe Martina mater Heracleonis.

CAP.

*Vna tantum natura ſit in Chriſto, puta, diuina, & conſequenter vna perſona, ſtatim ſequitur, quod nec niſi vna operatio, & voluntas. Hi tamen videbantur ponere in Chriſto duas naturas. Hæc ſecta ortum habuit à Cyro epiſcopo Alexandrino, & à Sergio, Paulo Pyrrho & Petro epiſcopis Conſtantinopolitanis, et Theodoro epiſcopo prophano, vt patet ex 6. ſancta ſynodo actione prima. Sedes etenim Conſtantinopolitana ab antiquo fuit fœcunda parens in hereſiarchis & ſchiſmaticis, quæ vtinam ſterilis fuiſſet, & pacifica. Ex ea enim Macedonius, Neſtorius Acatius, Anthymus cum præcedentibus, et alijs plurimis prodierunt.*

CAP. 81.

*Poſt mortem etenim ieiunatoris, qui et ſi non hæreſim, ſaltem ſchiſma mouit & tempore Pelagij & Gregorij*

& agnita veterum originis proſapia Corrineum cum ſuo populo Brutus ſibi ſociauit, & cuius; nomine populus eius cornubienſis populus dictus & terra ab eiſdem inhabitata in Anglia, vſquè nūc dicitur Cornubia, & in Britannia Armorica. eſt etiam diocœſis dicta cornubia, ſed diſtinctius dicitus Coriſopitenſis.

CAP. 101.

Hi tandem ad litora ciuitatis Nanetēſis applicuerunt ſeſe per clauſum de Rays ad Pictauos, & Acquitanos effundentes: vbi Rex Groffarius eos inuadit, ſed Brutꝰ adiutorio Corinei eos in fugam vertit. poſtmodum per Ligerim aſcendentes caſtrum & ciuitatē Turonenſem conſtruxerūt, pro præſidio. Ibiquè adhuc difficili cōmiſſo prælio iterum inimicos fugant, cum ſuorum tamen ſtrage Turni potiſſimum nepotis

*& clementiæ nec quid prætermiſit quod ſpectaret bonum paſtorem. Inſtituit ne vi aufferentur ad inmunitatem eccleſiæ refugientes. Et ne acoliti reliquias martirum attrectent, ſed præsbiteri & ſubdiaconi. Vtquè ſacrilegi anathematiſentur. Et teſtamentum iuſſu principis editum vndiquè valeat. Gallus B. Columbani diſcipulus eo temporis floruit. Et Euſtachius Abbas, & S. Aurea diſcipula B. Eligij. Cui & monaſterium apud Lutetiam erexit. Qui & moritur Clotario Francorum Rege, cum ſediſſet annis 5, diebus decem.*

CAP. 66.

*Honorius* I. *etiam Campanus Pappa* 72. *circa annum domini* 622. *cuius anno* 2. *Mahumetus cum ſuis arma ſumpſit aduerſus Heraclium & ſtatim reddit infœlicem. Pyrus & Cyrus epiſcopi Conſtantinopolitanus*



CAP. 67.

Heraclius vt ſepe contigit, ſcelus ſceleri addens in hereſim Euthichianonum, & Monothelitarū decidit a Pirrhō Patriarcha Cōſtātinopolitano, & Cyro Alexdrināo. Quos tamen tempore, & ſuggeſtione Honorii Pappæ exilio relegauit. Anno eius. 12. Mahumetus inſurgit cum Arabum exercitu, quos ab initio premiis continuit.

Sed inſtans vt Iudei baptiſarentur in ea conturbatione, Duces Heraclii ſuperantur. Aſianoſquè ac Aphricanos ſeducunt. Capta Alexandria, Syriæ quoquè & Ciciliæ plurimis vrbibus, vt parum ab fuerit quin imperij nomen ſit deletum: hominemquè primo fœliciſſimum, infœlicem reddūt.

Nam & tandem peruagati

*Gregorij, Papparum, ac Mauricij imperatoris. Cyriacus inſtitutus fuit epiſcopus Canſtantinopolitanus, Mauricio tamen differente & inquirente cōcilium à Gregorio Pappa facta eius confirmatione, vt patet ex* 60. *lib. regiſt. eiuſdem Gregorij cap.* 170. *& cap. ſequenti, quod plurimum laudauit Gregorius, & premiſſum Cyriacum laudat ac probat. Vndè & conſtat Mauricium non vſque in finem contendiſſe cum Gregorio.*

*Thomas Syriaco ſucceſſit qui ambo in pace vixerunt & quidam Conſtantinus vt in actione* 13. *Sergius autem poſt. Thomam inſtituitur, qui originem habuit ex Syris et Iacobitis, & ipſe cum Pirro, Paulo, & Petro, ſucceſſoribns hunc errorem cum ſchiſmate ieiunatoris pertinaciter tenuerunt. Vndè in eodem concilio*

nepotis Bruti in in eo loco ſepulti. A quo eadem ciuitas denominata eſt Turonenſis. Cum tamen ex oraculo Deorum ſecundum ſuperſtitionem temporis illius albeon inſulam petere deberent, numeruſquè eorum dinumeretur naues ſuas cunctis ſpolijs & diuitijs repletas aſcenderunt, & proſperis ventis eam inſulam applicuerũt & cõquiſierunt, quibuſdam gigantibus, qui eam detinebant, occiſis. Eamquè inſulam Brutus cum ſuo populo iure regio poſedit, & cuius nomine dicta eſt Britania. Idq; circa tẽpus quo Heli ſacerdos iudicabat in Iſrael, & Arca dei á Philiſteis fuit aſſumpta. Succeſſione temporis regnante Ibidem Lucio. 24. Rege à Bruto & Euleutherio. 14. a Chriſto, aut. 12. ſedem Romanam tenentè, circa annũ domini. 182.

Idem

*ſtantinopolitanus et Alexandrinus Heraclium in hæreſim Monothelitarum vnam ſolam voluntatem, & operationem in Chriſto ponentium inducunt, quos tamen poſtmodum hortante Honorio exilio relegauit. Ex quo non videtur Heraclius in eo errore deceßiſſe nec honorius de quo iterum ſub Iohanne 5. cap. 79.*

*Honorius ſua doctrina omnem clerum propè renouauit, multas eccleſias ſuis ſumptibus etiam reparauit, vt habet Platina. Suo tempore, & Syſebuti Regis Hyſpaniæ cõcilium Hiſpalenſe 2. celebratur prouinciale.*

*Item & concilium Toletanum 4. ſub Chiciliano Rege. Item & 5. Toletanum 6. ſub eodem rege. Item Bracarenſe 1. & 2. ſub Ariamiro rege. Honorius moritur tempore Dagoberti Regis cũ annis ferè 13. ſediſſet.*

*Ex*



uagati Ægiptum & Syriã etiam vi capiunt Anthiochiam. Item Hormiſdam Perſarũ regẽ ĩterficiũt, detento eius Regno. quare & Heraclius veritus ne & Hieroſolimam, vt euenit occuparẽt, crucem domini tranſtulit Conſtantinopoli: Cuiꝰ & magna pars tempore. B. Ludouici Pariſius eſt tranſlata. Suo tempore, & tempore Ioannis Pappæ. 4. Rotharis Rex Lombardorũ, quanquam alioqui iuſtus in errorem Arriani decidit, & ita eiſdem fauit, vt in qualibet ciuitate ſui regni epiſcopum Arrianum ſimul cum Catholico, & pari authoritate eſſe iuberet & exequeretur. Vndè Arriana ſecta adhuc diu manſit, poſt Rechardum & Gregorium.

CAP. 68

Sed & Mahumetus moritur circa 26. annum Heraclii. Cui ſucceſſit Calipha, & tandem Hali.

Siſibutus

*cilio anathematiſantur, quamquam deffuncti. Itẽ & Cyrus primus epiſcopus Phaſydis, & poſtmodũ Alexandrinus precipuus auctor ſectæ et Honorius Pappa etiã deffuncti.*

CAP. 82.

*Georgius aut Gregorius epiſcopus Conſtantinopolitanus toti concilio aſtitit, & in initio erat ſectæ Monothelitarum cum Macario Anthiocheno epiſcopo: auditis tamen rationibus Agathonis et cõcilij Romani abnegato errore veritati cõtinuè adhæſit.*

CAP. 83.

*Macharius Anthiochenus epiſcopus cum ſuo diſcipulo Stephano præſbitero monacho pertinaciter vſquè in finem permanſit in errore, proteſtans, quòd & ſi menbratim deberet incidi, et proijci in mare, nil aliud fateretur: vndè anathematiſati, & depoſiti fuerunt ſine ſpe reſtitutionis etiam ſi peniteret.*

Idem Lucius, exemplis, miraculis, & doctrina multorum virorum vitæ & integritatis teſtimonio probatorum (qui fidem Chriſti maximo Zelo diuulgabant) commotus epiſtolas ad Eleutherium Papam mittit petēs vt ab ipſo Chriſtianiſmum reciperet, prout etiam Proſper recitat, & dicti S. Eutherii legenda, ac eiuſdem decretales epiſtolæ, Qui miſſus ad eũ ſanctis doctoribus Fagano & Damiano eorum inſtructione Rex cum populo ſuo fidem & batiſmum ſuſcepit.

Vbi autem prius erãt tres Archiflamines pro idolorum cultu, tres Archiepiſcos: & vbi 28. flammines epiſcopos totidem conſtituerũt: ac diſtinctas parœchias omniumqué confirmationem a ſede apoſtolica reportarunt.

Fidem

*Ex actibus 6. ſynodi.*

*Hic Honorius quandoquè ſcripſit Sergio epiſcopo Conſtantinopolitano quædam in quibus cum eo in errorem Monothelitarum vnam tantum operationem & voluntatem in Chriſto ponentium conſentiebat. Vndè in eadem ſynodo 6. actione 13. & 4. habentur hæc, cum Sergio, Pyrrho &c. ſimul proyci à S. dei eccleſia, & anatemathiſari præuidimus Honorium, qui fuerat Pappa antiquæ Romæ, eo quod inuenimus per eius ſcripta ad Sergium, quod in omnibus eius mentem ſit ſecutus & impia dogmata confirmauit.*

*Macarius epiſcopus anthiochenus in eo concilio ſcriptis dicti honoryj innixus ſuum tuebatur errorem. Et fuit ſacta informatio, de eiſdem ſcriptis, ſuper qua, data eſt præmiſſa ſententia: quia*

*littera*



Siſibutus Rex Gothorum in hiſpania qui Iudeos in ſuo Regno compulerat ad fidem, & ciuitates quę a Romanis defecerant, receperat, a Romano ſuſtulit imperio ac totam hiſpaniam.

Heraclius tãdem cum. 30. annis imperaſſet moritur hydropiſi.

CAP. 69

Conſtantinus filius Heraclii. 67. imperator, quē & ſecum pater inſtituerat in Cæſarem, Is patre mortuo cœpit ſolus imperare circa annũ Domini 641. Quarto autem mē ſe ab imperio ſuccepto inſidiis Martinæ nouercæ eiuſdē filiæ (vt creditur) ſororis eiuſdem Heraclii (quam contra ius ſuſceperat vxorem (vt ſuper eo dictum eſt, ſimul & Heraclionis filii ſui fratris paterni dicti Conſtantini & Pirrhi epũi Alexandrini, aiunt, inſtigatione,

veneno

*Cuius loco quidam Theophanius vir ſanctus electus fuit epiſcopus, qui concluſionibus concilyj aſtitit, & ſubſcripſit.*

CAP. 84.

*Polic ronius quidam etiã fatuus & delirus, ſenex monachus ac ſacerdos in ea 6. ſynodo obtulit ad probandam Monothelitarum fidem in mortui ſuſcitatione aiens ſibi à domino apparente reuelatum quod tenorem ſuæ fidei in cartula conſcriptam ſupra mortui corpus apparuiſſe in ea fide ſuſcitaretur. Quod ſi non, omni pœnæ, ad illorum ad arbitrium, ſe ſubmittebat, quod loco publico tentauit. Nam coram ſynodo & populo cartula ſuæ fidei mortuo appoſita manſit quandiu voluit eo aſtante, ac ſuſurrante. Qui tandem faſſus eſt ſe non poſſe eum ſuſcitare: inſuper attamen in pertinacia ſtetit. Quò circa anathemetiſatus*

Fidem igitur Chriſti Regnum Britāniæ vnum ex primis Europæ ſuſcepit vniuerſè & 300. annis antè babtiſmum Clodouei, ac Francorū. Nec a fide Britanni excederunt quanquā tempore Diocletiani Chriſtianorum penè innumeri fuerunt martiriſati, minori etiam Britannia Canonus Mereadoc⁹ cū ſuo populo iam Chriſtianus habitauit per 100. annos añ baptiſmū eiuſdē Clodouei. Vbi completur dictum Saluatoris venient ab occidente & recubēt cum Abraham &c. & Ezaię. 42 Legē in ſale expectabunt, & Heremyæ. 31. ex inſulis quæ procul ſunt, diſcite congregabit eum &c. Mirū enim opus Dei fuit quod Regnum magis extremū & ſecluſi toto vrbe Britanni dei legem ſuſceperint.

multo

*littera ſcripta manet, & ſecundum eādem indicatur. Veruntamen non creditur in eo errore deceſſiſſe cum ſua exortatione, vt habet Platina, dicti hæretici fuerunt ab Heraclio relegati in exilium.*

CAP. 67.

*Seuerinus Romanus Pappa 73. circa annum domini 635. nulla tamen erat Pontificis electio niſi ab imperatore, aut eius hexarco, confirmaretur: At Iſatius hexarcus miſſus fuit ad hunc confirmandum qui pro mercede, quibuſdam Romanis adiuuantibus, ſacrarium lateranenſis eccleſiæ ſpoliat et reſiſtentes clericos mittit in exilium. Hic Seuerinus religionis & pauperum fuit amator benignus & munificus, in templis reparandis. Obijt temporibus Heraclij, & Dagoberti regis Franciæ cum ſediſſet anno vno.*

*Bonifacium*



Veneno perimitur. Hic igitur ſolis 4. mēſibus imperat. Vincentius lib. 24. cap. 79. volumin. 4.

CAP. 70

Heraclio igitur. 68. imperator circa annum Domini. 642.

Hic cum matre poſt fratris mortem imperium vſurpauit annis penè duobus, & in errorem Acephalorum, ac Monothelitarum incidit, Sergij & Pirrhi aliàs epiſcopi Cōſtantinopolitani ſuggeſtione: Quamobrem ab exilio reuerſus a ſenatu Cōſtantinopolitano interficitur, Paulo in eius loco ſubrogato.

& lingua. Martinæ, ac naſus Heraclioni abcindiditur vtroquè miſſo in exilium.

CAP. 71.

Conſtantius 3 aut Conſtans vel Conſtantinus filius premiſſi Conſtantini poſt Heraclionem patricium a ſenatu Conſtantinopolitano

*thematiſatus fuit, & depoſitus, acclamante populo. Alterum Symonem magum expellit.*

*Simile ferè egit Lutherus apud Vvitembergum de ſuo amico ſubmerſo et Caluinus de ficto mortuo, quem in ſua fide potuit occidere, ſed non reſuſcitare.*

*Quoniam reſpondens hæreticorum materies hic ab alijs ſuperatur (quod vtinam vbique ſemper ita eſſet) id circo locus iam vacuus dimititur.*

CAP. 102.

Multo poſt tempore cum Conſtantius & Conſtantinus eius filius ibidem regnaſſent: Traherus quidam auunculus beatę Helenæ illuc miſſus à Conſtantino Regnauit, ſed ab Octauio duce Vviceorũ vincitur & occiditur. qui & eius Regnum vſquè ad tempora Gratiani & Valẽriniani tenuit. Cumquè Octauius prolem nõ haberet, niſi vnicam filiã ſenio confectus iniit conſilium cum proceribus de prouiſione regni, quorũ multi per cenſebant Conanum Meriadocum nepotem Regis eo inſigniendum. Alii, filiam alicui nobili Romanorum ſimul cum regno maritandam. Romæ tum erat Maximianus ſeu Maximus ſenator qui pro parte imperii contendebat cũ Gratiano, Iſquè Maximianus paterna linea ex Lœlino fratre dicti Thraheri, & auũculo

*Bonifacium 6. quidam vt Palmerius, hic citant qui ſederit annis quatuor communiter tamen non annumeratur: cauſa ipſius nihilominus variatur ſupputatio annorum Chriſti inter hæreticos.*

CAP. 68.

*Iohannes 4. Dalmatius Pappa 74. cicca annum domini 635. tempore adhuc Heraclij. Pius fuit ad pauperes & captiuos, eos etiam ex eccleſiæ theſauris redimens. Suo tempore floruerunt viri excellentis ſanctitatis, vt Iudocus filius Iudicaelis Armoricæ Britanniæ Regis, quæ tunc regium obtinebat titulum. Multa de eius ſanctitate in dictæ Britanniæ Chronicis habentur. Sedit hic Iohannes anno vno, & menſibus 9. temporibus Heraclij ac Dagoberti regis.*

CAP.

nopolitano creatur Imperator 69. circa annum Domini 644. Nam cognito Martini, & filii ſcelere, ſenatus eos miſit in exiliũ vt præmiſſium eſt, Pirrhoquè interfecto paulus eius loco ſubrogatur. Qui etiam fidei normam, brachio Conſtantii etiam hæretici ſuffultus nolens ſuſcipere a Theodoſio Pappa dignitate priuatur.

Cui quidem Theodoro Martinus ſucceſſit. Qui & eundem Paulum hortatur vt deſiſtat. Is tamen inſurrexit in Pontificem, & legatos eius & quendam typum profeſſionis ſuæ fidei obtulit imperatori, & perſuaſit vt omnes epiſcopos occidentales in eum typum etiam ſubſcribere ac conſentire compelleret. Quo & præſertim interdiceret perquirere ne vna, aut duæ, in Chriſto ſint voluntates. Quod & Pappa Honorius inhibuerat, iam vt

V

culo. B. Helenæ proceſſerat, & materna ex quadam regiæ ſtirpis Romanorum, Cordacius verò Cornubiæ dux cum filio ſuo hũc Maximianum aſſiſcit, ſuoqué medio is conano ſuperato regno & filia Regis potitur. Poſt quinquenniũ tamẽ cõueniunt, & regnũ Armoricũ bello conquirunt. Voléſquè maximus alia regna Galliarum, & etiam imperium conquirere, Regnum Armoricum ratione iuris in Britãnia ab eo pretenſi, Conano dedit, Iubalto Rege perempto, & fugatis aut occiſis gallis. Indigenis vt quæ eſſet alia Britania & genere ac ydiomate ipſum viris ex Britania aduocatis popularunt abſciſſis linguis mulierum Gallarum & Maximus ad cætera conquirenda, & contra Gratianum progreditur Conano ad protectionẽ Armoricæ

CAP. 69.

*Theodorus græcus 75. Pappa circa annum domini 636. quæ bonum paſtorem, ad pauperes maximè exercuit omnia. Suo tempore obijt Heraclius, cui Conſtantinus filius ſucceſſit, 4. tantum menſibus, veneno infectus inſtigatione Pirrhi epiſcopi Conſtantinopolitani. Qui & audita Heraclij morte ex Affrica, vbi exulabat, Romam veniens, ab erratis ficte veniam petit, ac quandam à Theodoro viuendi formam recepit. Non tamen priorem dignitatem obtinuit, quin potius deprehenſo eius ſcelere ſenatus Conſtantinopolitanus dictum Pirrhum, ex fuga retractum interficit, eius que loco Paulum ſuffecit epiſcopum. Quem et Theodor⁹ Pappa quia fidei normam non ſuſciperet, dignitate priuauit. At Conſtantius imperator ſucceſſor Heraclionis*



vt ſopita eſſet huius rei cõtẽtio. ob id Martinus concilium Romæ coegit 200 ferè epiſcoporum, vbi anathematiſati ſunt Sergius, Cyrus & Paulus.

CAP. 72.

Super his Thedorus hexarchus fracta pace cũ lõgobardis eis bellum indicit vbi Rex Rhotaris in eum præualuit & totam liguriam ſtatim ſibi ſubegit. Conſtantius verò vt fortunam cum duce mutaret, Olimpium alium hexarchum in Italiam mitit, qui & Monothelitarum ſectam ſpargeret, & ſingulos compelleret ſubſcribere in typum a Paulo Datum, Martinunquè põtificem interficeret aut ad ſe captum perduceret quod ; Deo protegente Martinum, nequiuit. Interim Sarraceni his cõmotionibus animati ex Alexandria Rhodum perrerunt: vbi Coloſſũ & infinita alia demoliti ſunt & depredati

Armoricæ remanente. An
dragatius huius Maximi
ductor exercitus dolo Gra
tianum occidit,& Valen-
tinianus eundem maximũ
ad partem Imperii admit
tere compellitur: à quo ta
men fugatur. ob id maxi
mè quia Beatum Ambroſi
um contra fidem inſeque
retur. Valãtinianus enim
cum matre arrianus erat,
& Maximus ſemper Ca-
tholicus fuit. Auguſt. lib.
confeſſionum multa de
his narrat, vt qui preſens
fuit

Theodoſius magn⁹, quẽ
Gratianus inſtituerat im-
peratorem, hunc tandem
Maximum a ſuis illi tra-
ditum occidit,& Andra-
gatius ſe in fluuium pro
iecit, vt ſuprà eodem Gra
tiano & Theodoſio pre-
miſimus. cap. 10. 11. & 14.

CAP. 103

Et ſuper his Britannicum
regnum plurimum deſti
tutum fuit militibus, &
protectoribus, dumquè



*Heracleonis in eam prola-
pſus hæreſim tempore
Martini Pappæ Paulum
hunc in omnibus deffen-
dit, & tuetur. Hic Theo-
dorus multis ſanctorum
oratorijs ornatis, & ex-
tructis obijt, cum annis
6. ac ferè dimidio ſediſ-
ſet. Sub eo fuit concilium
Totelanum 7.*

CAP. 70.

*Martinus I. Tridentinus
Pappa 76. circa annum
domini 643. Hic fuit tẽ-
pore Conſtantij 3. qui
fuit ſeductus per Paulum
Patriarcham Conſtanti-
nopolitanum ad hereſim
Monothelitarum, vnam
tantum voluntatem &
operationem in Chriſto
ponentium, ſimul cum
ſchiſmate Iohannis ieiu-
natoris. Vndè ſanctus hic
Pater ſtatim à ſuſcepto
officio, actis fidei intentus
legatos Conſtantinopolim
mittit, qui Paulum hor-
tarenrur callem ingredi
veritatis.*





depredati: & tandem in
Ciciliam nauigantes: infi
nita mala intulere Chri-
ſtianis. Vbi eos Olimpius
ſupplicatione Martini e-
greditur,& ex inſula fu-
gat cum tamen maiori ia-
ctura ſuorum, & tandem
ibi moritur.

Conſtantius verò obſti-
natior in flagellis vt Pha
rao Theodorum Callio-
pam hexarcum in Ita-
liam mittit vt Martinum
Pappam primo tempore
ad ſe vinctũ mitteret dãs
ei ſocium Paulum Pella-
rium: Qui Theodorus
per benignè a populo ſuſ
ceptus ſimulans ſalutare
Pappam Martinum cathe
nas illi inecit & eum mit-
tit Conſtãtinopolim, aut
duxit, qui nec ſic a conſtã
tia fidei declinens mitti-
tur in exillium in Cherſo
neſum Ponti, ſeu Cerſo-
nem vbi beatus Clemens
fuerat exul.

a Pictauis, Hunis, Danis, aliiſquè infeſtarentur, Saxones auxilliares aduocant, tempore Celeſtini & Thodoſij, vt ſuprà cap 22. cathalogi. 3. Quos tamen deſtitutores habuerunt, cum & ydolatræ eſſent. Quanquã enim Vterpandragon & Arturus magnus ab eo fauore & preſtigij vatis Merlini genitus, & alii eos ad tempus repulerint Illi tamẽ ab incepto nõ deſiſterunt donec a Regno & nomine eiuſdem Britones fugauerint.

Arturus enim triũphator citatur Iſlandiam, Hiberniam, Horcades, Scotiam Nouergiam & Daciam ſibi ſubiugaſſe circa tempora Simpliciani Pappæ & Leonis primi Imperatoris. 490. Et gallias conquiſiuiſſe Flolone Tribuno Romano ab eo miro duello occiſo, dei genitricis ope in eo loco (vbi nunc

*Is tamen Conſtantij brachio ſuffultus, ne dum non obtemperauit, ſed & legatos à communione et ſacrificio prohibuit, ſacrũ altare apoſtolicum ſubuertens, & eoſdem, cum alijs orthodoxis diuerſis cuſtodijs aut verberibus, aut exilio ſubmiſit. Inſuper, & quendam typum imperatori perſuaſit vt ipſum contra fidem vi compelleret, ab omnibus approbari & confirmari, vt ſuper eodem Conſtantio narratur.*

CAP. 71.

*Super quibus ſanctiſſimus Pappa ſynodum* 150. *epiſcoporum coegit iuxta epiſcopium Lateranenſe, vbi cõdemnarunt. Cyrum epiſcopum Alexandrinũ precipuum illius hæreſis auctorem. Item Sergium, Pirrhũ et Paulum epiſcopos Conſtantinopolitanos huiuſmodi nouitatum præſumptores. Et exemplaria tranſmiſit per Orientem, & Occidentem etiam ad*



CAP. 73.

Tempore huius Conſtãtii cæſarea Regina per ſidis Cõſtantinopolin acceſſit, perbenignè recepta, & baptiſata. Quæ & nuncijs regis coniugis reſpondit ſe non reuerſurã ad eũ, niſi & ipſe Chriſtianus efficeretur. Quod rex annuit accedens ipſe cum viginti milibus honorifice ſuſceptus & baptiſatus cum ſuis (vt ait Platina in vita Vitaliani Pappæ) hi Perſides ſæpè leguntur conuerſi & rarò perſeuerantes.

CAP. 74.

Cõſtantius is plurimos orthodoxos hereſi aſsentire nolẽtes verberibus & exilio dãnauit. Vndè oĩb⁹ exoſus fuit. eapropter dimiſſo filio in partẽ imperij Cõſtantino filicet in Italiam nauigauit, volens eam è manibus Grimoaldi regis longobardorũ eripere, & ibidẽ quieſcere. At longe aliter euenit, nam ab eis multa ſuſtulit

nunc eccleſia cathedralis pariſienſis. Ob quod in eius honorem eccleſiam cõſtruxit illic. Accerrimum quoquè prelium contra Ramanos, ac Lucium eorũ procuratorem habuit: quòs tandem vicit, occiſo Lucio. Cuius ſtatim corpus ad Romanos tranſmittit loco tributi Interĩ Modredus eius nepos, & eius in regno locumtenẽs, Diadema eiuſdem regni proditoriè ſibi aſſumit, Vndè remeans Arturius multis prælijs in eum commiſſis Modredus tandem occiditur cum ſuis, & Arthurꝰ lethaliter vulneratus. Quare & Conſtantino cognato ſuo Cadoris Ducis Cornubiæ filio diadema conceſſit circa annum Chriſti 542. Succeſſores vero Conſtãtini vſquè Canaladium regnarunt. Qui & cum 12. annis pacifice regnaſſet, orto ciuilli diſſidio, tantaquè peſte premitur, vt ip-

ſe

*Sigisbertum Regẽ Franciæ, vt in decretali epiſtola dicti Martini.*

*Nihilominus inimici malicia Conſtantium imperatorem incitauit, qui Olimpium exarchum miſit, vt cunctos ad eam ſectam cogeret manu armata, & Martinum Pontificem ad ſe mitteret, aut iugularet. Attamen ope diuina prohibitus, vbi per ſuum armigerum, ſub colore præſtandæ illi communionis, Pontificem interimere voluit, ex cœcatus armiger nec ipſum videre potuit. Vndè Olimpius dei protectionem agnoſcens in Siciliam contra Sarracenos adijt. Vbi tamen maior interitus fuit contra Romanos. Sed hinc Conſtantius obſtinatior, vt Pharao, Theodorum alium exarchum miſit cum alio Theodoro Cubiculario, qui Pontificem, coſdem reuerenter ſuſcipientem ac ſalutantem ca-*

*thenis*

incommoda, & Romam fugiens, cũ ſui a Grimoaldo eſſent ſuperati, quinta die ad vrbis direptionem conuertitur & omnes ſtatuas ex ære, marmore & c. ac eccleſiarũ ornamenmenta diripit, atquè in Tyberim vexit vt ea Cõſtantinopolim tranſferet, tegulaſquè æreas quibꝰ tẽplũ Pantheõ operiebatur. diceſſit aũt cũ ornamẽtorum vbis maiore direptione quàm barbari. 200 annis intuliſſent. A ſuis tandem Syracuſis, cum in quodã balneo luxuriaretur occiditur dum imperaſſet. 27. annis. Ipſius loco milites Mezantiũ (cuius fraude necatꝰ fuerat) imperatorem crearunt.

CAP. 75.

Conſtantius. 4. filius præfati Conſtantij. 70. imperator circa annum Domini 670. hic poſt mortem patris, venit Ciciliam, & purpuram ſuſcepit Mezãtiumquè cum ſui patris interfectoribus

ſe compulſus ſit Britanniam deſerere, & hanc armoricam cum fletu & lachrimis aplicare Vbi ab Alano rege cum ſuis honorifice ſuſceptus eſt.
Romam deniquè monitu angelico ad Sergium Pappam acceſsit, ſpretis mundialibus. Vbi & tandem obiit circa tempora Iuſtiniani ſecundi, aut Leontii, & Chriſti 690, qui fuit vltimus Rex Britonum. Saxones autem hoc percipientes & populum abiiſſe, ſtatim & ſine prelio vicuntur Britanniam occuparunt, ſub vno rege ſe ſe ſubmitentes. Vbi & ipſi prius fuerant diuiſi. Nam & ex eis multi pro regibus ſe gerebant & inſula ex tunc nomen Britanniæ amiſit. & dicta eſt Anglia, & fides Chriſti ex eodem pulſa fuit.
Sed per ſanctos a. B. Gregorio illuc miſſos, etiam poſt plenam expulſionem Britonum

*thenis alligantes & Conſtantinopolim perducunt. Vbi nec ſic à veritate flexus eſt. Vndè miſus fuit in exilium in locum Cerſona, & vitam ibidem finiuit verus martir cuius feſtum* 12. *Nouembris celebratur. Sub eo celebratum fuit concilium Toletanum* 8. *Item nonum. Item &* 10. *In quo feſtum annunciationis mandatur cum octauis celebrari. Sedit Martinus hic annis* 6. *menſibus* 8. *& in exilio ſcribens exercebat officium, (vt olim Marcellus) vndè poſt eum ſedes vacauit* 14. *menſibus. Quia Romæ nihil certi de eius obitu habebatur.*

CAP. 72.

*Eugenius primus Pappa Romanus inſtitutus* 77. *poſt Martinum circa annum domini* 651. *quo tempore, aut circa: mortuo Paulo hæretico epiſcopo Conſtantinopolitano Petrus*

interfectoribus turpiſſima morte damnauit. At ſuperueniẽtes Sarraceni, tota Sycilia ab eiſdẽ aucupatur, ac præda onuſti Alexandriam repetunt, cum ijs quæ Conſtantius pater, ex vrbe ſpoliarat. Hic Cõſtãtius heraclium & Tiberium fratres ſuos ad partẽ imperij vocauit.
Conſtantius hic animũ dedit ad pacificãdam eccleſiam & extirpãdas hęreſes, & ad Eccleſias reparandas, quas ſui præſſores diſruperant. Pacem primum firmare voluit, cui & Deus aſtitit. Nam Saracenos fugauit, & tributarios imperio Romano reddidit, vt ait Platin. Quidam tamen oppoſitũ pactum aſſerunt, ſaltem cum eis pacem iniit. Grimoaldus Rex eo tempore obijt. Bulgari ex Scythia, ex paludibus Meothydis veniẽtes, Traciã, pãnoniã, & miſſiã magna vi inuadũt, eo tẽpore & Conſtantinum

Britonum iterum fuit illic plantata fides.

Sacri Doctores.

CAP.104.

Theodorus primũ monachus fuit ſancti Benedicti vir ſanctæ conuerſationis & doctrinæ nati one grecus lat no tamen ſermone eruditiſſimus à Vitaliano, tempore Coſtantii.3. in Anglam mittitur cum Hadriano.5. qui Anglos in fide continerent. Et is Theodorus ab eodem Vitaliano inſtituitur Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui habita ſynodo Anglicanæ Eccleſiæ compoſuit librum penitentialem, de quo multa in decreto. De eiuſdem penitentiali citãtur, vt & Martinus in Vitaliano habet, quanquam ut ait Platina, quidam id Theodoro Pappę tribuãt Veruntamem eiuſdẽ titulus ſonat oppoſitum: citatur a Scotho di.6.q 8.4 Moritur

*Petrus in eius loco ſufficitur qui aliquanto de fide melius ſenſit, quàm Paulus. Non tamen perfectam normam fidei tenuit, vt prædicat eccleſia Romana, nam ſuis litteris miſſis ad Pappam duas voluntates in Chriſto negauit. Vndè clerus non permiſit Pontificem in Maria maiori celebrare niſi prius eas litteras eieciſſet. Fuit hic Eugenius vir eximiæ pietatis, & manſuetudinis. Suo tempore fuit concilium gabilonenſe. Moritur ſub Conſtantio, cum ſediſſet annis penè duobus.*

CAP. 73.

*Vitalianus Campanus Pappa* 78. *circa annum domini* 653. *adhuc tempore Conſtantij imperatoris. Is cantum eccleſiæ ordinauit, cum organorum conſonantia. Certum autem ab antiqua lege viſum fuiſſe laudandi deum in organis & cimbalis ac ceteris*

Conſtantinum ſuperant. quamobrem neceſſe fuit illiscõcedere Pannoniam ſeu hungariã incolendam quam vſquè nunc inhabitant, effecti tamen fideles & accerrimi pugnatores pro fide. Hic igitur Conſtantinus vndiquè firmata pace, & nacta oportunitate eam doctiſſimam & ſanctã epiſtolã quæ legitur in fronte. 5. ſanctæ ſynodi, ſcripſit.

CAP. 76.

Scripſit eam epiſtolam, & direxit Domino vniuerſali Pappæ Romæ. ob eius tamen obitum Agatoni ſucceſſori fuit data, qua eundem hortebatur pro pace eccleſiæ dirigere, tres, aut quot eidem placuiſſet ex parte ſuæ eccleſiæ perſonas idoneas in perſona Apoſtolicæ ſedis & duodedecim metropolitas epiſcopos ex concillio Romæ celebrato ac de 4. monaſteriis: ex quolibet 4. monachos, vt perfectam congregatio-

Moritur vt ait Tritemnius ſub Iuſtiniano.2.anno Chriſti.690.
Leo.2.Hic citatur. ſed de ipſis iam in ordine Pontificum capite.77.

CAP. 105.

A damamnus abbas hueſis in Scotia monaſterij edificati a B.Colūbano & Benedictus abbas in Britānia Tritem. Ædelinus epiſeopus ſaxonum ſcotus,hij ex ordine.S.Bñdicti viri deuoti nõnulla docte ſcripſerunt. Teolfridus abbas ſucceſſor prefati Benedicti præceptor & nutritor Bedæ,ſcripſit de obſeruatione paſchæ circa tempora Iuſtiniani. 2.circa 680.Tritem.

CAP. 106.

Sophroni⁹ patriarcha Cōſtātinopolitanus ſynodoticā epiſtolam ad Sergiū patriarchā miſit, quæ inſtāte Georgio preſbitero in 6. ſancta ſynodo lecta fuit plena miſerijs noſtræ fidei, & inſerta ac probata actone. 13. Damianus

*ceteris huius modi. hic Theodorum Archi epiſcopum Cantuarienſem,et Adriaticum Abbatem viros doctiſſimos miſit in Angliam,qui eos in fide continerent.*
*Vitalianus hic Conſtantium 3. cum ſolemnitate Cleri, & populi recepit, qui tamen ingratus 12. die ex Vrbe egreſſus,cum ſpolijs et ornamentis eiuſdem,rediensque per Siciliam à Mezantio & ſuis interficitur. Qui & aliquo tempore imperiū detinens ad Vitalianū nuncios deſtinat. Qui & euāgelia aureis deſcripta literis, ac multis ornata gemmis beato Petro condonarent qui tamen mutauit ſententiam, vt ne dijs & hominibus parceret, ſed à filio Conſtantij digna morte damnatur. Sub eodē Vitaliano fuit conciliū Toletanum 11. & Bracarenſe 3. Obijt autē cum ſediſſet annis 14. cum dimidio.*

CAP.



nem celebrare valerent, & omnia pro expenſis & commeatu ſupeditauit. Georgio inſuper Cōſtātinopolitano epiſcopo& Machario Anthiocheno iniunxit vt ſuos Metropolitanos congregaſſent, & ita coacta eſt ſynodus ſolemnis penè.289. Epiſcoporum legati ex perſona Agathonis Pappæ Theodorus & Georgius preſbiteri & Ioannes Diaconus ex perſona concilii Romani ſub Martino celebrati, Ioannes epiſcopus portuenſis Abundantius epiſcopus paratennēſis & Ioannes epiſcopus Regitanus omnes viri per celebres.ex partè Eccleſiæ Conſtinopolitanæ & Anthiochenæ Macharius epicopus Anthiochenæ Macharius epiſcopus Anthiochenus, & Stepanus preſbiter eius diſcipulus Petrus epiſcopus Nicomedienſis & Salomom Epiſcopus Clauanenſis ſi ſcitantibus

& Manſuetus Mediolanenſis, ſuis epiſtolis, in ea ſynodo plurimum valuerunt. Platina.

CAP. 107.

Felix patruus Flauiani tempore Conſtantini. 4. & Ioannis Pappę 5. Doctrina & ſanctitate floruit. Item Ioannes bergomatus, Gilbertus epiſcopus britannus vir integræ & inſignis doctinæ tempore Iuſtinani. 2. Item & Leodegarius martir epiſcop⁹ Auguſtudunenſis, & Andoenus Epiſcopus Rhotomagenſis, ac Egidius etiam monachus Sãcti Benedicti medicus his temporibus floruerunt. circa annum Domini. 700. Platina Tritem.

CAP. 108.

Ioannes. Damaſcenus monachus & preſbiter doctiſſimus.

Sunt

CAP. 74.

*Adeodatus Romanus Pappa 79. inſtituitur circa annum domini 668. ex monacho creatur Pontifex, vir omni manſuetudine, & comitate preditus, miſericors & munificus ad ſacra loca. Contra portenta ſui temporis & prodigia, ſupplicationes frequentes habuit. Suo tempore Grimoaldus Rex Longobardorum, & Lupus feroiulianus dux pro Regno dimicant, multaque eueniunt. Obijt hic ſanctus pater cum ſediſſet annis 4. & menſibus 2. tempore Conſtantini 4.*

CAP. 75.

*Domnus Romanus Pappa 80. circa annum domini 672. vir prudens et pius eccleſiam Rauennatum à Romana iam pridem ſegregatam ob arrogantiam regalis ſedis Gothorum & Longobardorum, vt benè creditur. Vndè ipſa*

*Aliocephalus*

ſcitantibus, & proponantibus apoſtolicis legatis. Vndé à. 46. eſſet in ea ſe de orta, nouitas vocum introducentium vnam tantum volunlatem & operationem in diſpenſatione incarnationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti Reſponderunt ſe nouitates non edidiſſe, ſed deſũpſiſſe quę tenebant à ſanctis vniuerſalibus ſynodis.

Et à Preſulibus dictæ vrbis nec non a Siro Alexãdrino epiſcopo, & ab Honorio Pappa, quod parati eſſent oſtendere. Vndè eorum inſtantia libri ſynodorum ex Patriarchia exhibentur, & leguntur quibus nil probarunt, ſed potius oppoſitum, in multis eoſdem falſarant & addiderant, vt per eoſdem fuerunt conuicti. 5. ſynodo tres quaterniones, ex quo iuſſi fuerũt ſua dicta probare, per veterũ doctorum teſtimonia, vt in

Sunt qui hunc tempore Felicis 3 & Zenonis, vt Platina, Alii tẽpore Thedoſij ſenioris vt Tritennius. Alii verius. vt puto tempore Leonis. 3. Iſauri Icomachi de quo infra c. 87.

Ioannes Hieroſolimitanus, qui eius vitam deſcripſit, & Oecolanpadius qui, adhuc fidelis, eam tranſtulit, ita ſentiunt, idq; hunc conſtat, quia libro de hæreſibus, hæreſim Monothelitarum & Agarenorum ſeu Mahumeti deſcripſit, quæ duo ſecuti ſunt

Duo fuerunt huius nominis Damaſcenus, hic, & Damaſcenus, Groſoras, qui his temporibus diſtinctis floruerunt.

Vndè illic multa Sanctus hic ex Damaſcena ciuitate parẽtibus Catholicis, quanquam ſub captiuitate Agarenorum

eſſent

*Aliocephalus dicebatur. Hic tamen ſua prudentia & ſanctitate eam ſedi apoſtolicæ reddidit obtemperantem Theodoro epiſcopo eiuſdem ſedis, in eam opinionem deſcendens Cõſtantinus 4. imperator ad hunc dominum epiſtolas tranſmiſit pro congregatione ſanctæ 6. ſynodi: quia tamen interim obijt anno penè 5. cum dimidio ſui Pontificatus, Agatoni ſucceſſori porriguntur, & habentur in fronte eiuſdem concilij. Aiunt quidam hunc tribus annis ſediſſe, Alij vno ſolo.*

CAP. 76.

*Agatho ſiculus Pappa 81. ex monacho Pontifex creatur circa annum domini 677. Vir tantæ ſanctitatis vt leproſũ ſuo oſculo mundauerit, adeoq; manſuetus fuit, vt neminem, à ſe, triſtem emiſerit. Fuit tempore Conſtantini, 4. qui nec moribus fuerunt diſſimiles, pari Zelo laborarunt pro*



4. actione. Et interim epiſtolæ Agatonis & concilii leguntur, quibus Gregorius epiſcopus Conſtã tinopolitanus adheſit cõ tinuè.

CAP. 77.

In. 5. & 6. actione. Macharius & Sthephanus obtulerunt duos codices, ex auctoritatibus ſanctorũ multilatis & deprauatis per eoſdem, ſecundũ morem hæreticorum, prout Domini legati patenter demonſtrauerunt, & validiſſimas pro veritate obtulerunt. Vndè actione 8. preſidente eodem piiſſimo imperatore ſinguli epiſcopi, veritatem agnocentes, præter Macharium, eum errorẽ deteſtati ſunt profitentes & defi[illegible]ientes pro veritate. At Macharius pertinax, & Stephanus Preſbiter eius diſcipulus eorum auditis rationibus, expelluntur vt heretici, & omni ſacerdotali dignitate & miniſterio

eſſent, & ortus eis potius gloriam dedit, quam ab eis acceperit. Pius pater quamquam inter gentes eundem baptiſari fecit, & ſumma erat illi cura, vt in fide & lege Chriſti inſtrueretur, a cuius voto pio, Deus non defuit. Nam tum contingit Sarracenos, qui in Damaſco Dominabantur, per incurſionẽ plurimos Chriſtianos in prædam cæpiſſe & expoſuiſſe venales: inter quos fuit quidam monachus ſanctus Coſinas nomine Italus, vir decẽtis aſpectus & grauitatis. Ad hunc Coſinam cum ex comcaptiuis, quidam ad necẽ, alij ad vincula raperentur, ſinguli ad pedes eius procidebant, vt pro eiſdem altiſſimum oraret, iſquè continuè plorabat. Ad quem & pater Iohannis vitam & habitum monachalem in eo, cum chriſtiãnus eſſet, cognoſcens, ait tu cum

*pro congregatione 6. generalis concilij ad extirpationem Monothelitarum vt ſuper eo Conſtantino conſtat. Hic ſub fine dicti concilij, obijt cum duobus annis & dimidio ſediſſet.*

CAP. 77.

*Leo 2. etiam Siculus Pappa 82. inſtituitur poſt Agathonem, tempore Conſtantini 4. & 6. ſanctæ ſynodi circa annum domini 682. vir & latinè & grecè eloquentiſſimus in muſica peritus. Vnde pſalmodiam & hymnos ad meliorem concentum redegit. Inſtituit vt pax poſt, agnus dei, in miſſa daretur 6. ſanctam Synodum cum quinquè generalibus præcedentibus probauit & confirmauit, & eos quos ſancta ſynodus damnauit & anathematiſauit, ita & ipſe. Hic Leo eccleſiam rauenatis reſtituit, ita vt electus ab eis epiſcopus a ſede*



ſterio deponuntur actione. 9. Et qui eiſdem prius fuerunt annumerati libellos veræ fidei cum iure iurando dederunt actione. 10. Fuit facta plena informatio de libris & epiſtolis Hereticorum Sergii &c.c.& etiam Honorii Papæ, qui reprobati & combuſti fuerunt, Sophronij verò epiſcopi Hieroſolimitani epiſtolę ad Syrum leguntur & probantur à 12. actione. vſquè ad. 15. Polychronis etiam Fatuus & delitꝰ pertinax actione 15. condennatur, vt in ordine hereticorum eſt premiſſum: Et alius pertinax Conſtantinus preſbiter eccleſiæ Apanienſis act. 16. in 18 act. Imperator ab. 11. actione intereſſe non poterat preſedit. Vbi diffinitio & concluſio cõcilij legitur, & ab eo acceptatur, ac publicis edictis probatur & confirmatur, & in ſignun perfectę vnionis eccleſię epicopus Pertuenſis aſtante imperatore

cum ex habitu Iam mortu us ſis mũdo, vt quid ami ſſionem ita defles? ad quẽ ait, verè non vitę amiſſio nem deploro, cum vtiq; vt, ais, iam mundo mor tuus ſum, id tamen deplo ro quod inbutus omni ge nere ſcientiarum, earum etiam quibus videtur, & contemplatur Deus, diſcipulum nõ genui. At pater Ioannis qui talem the zaurum deſiderabat, ſtatim ait, Beate pater, fer æ quo animo Dñs petitiones tui cordis tibi dabit. qui & ſtatim principem Saracenorum adiit illum què Coſinam petiit, & obtinuit, quem & ſtatim conſolatur, aiens tu a mo do liber eris, ſed & ſocius domus meæ & particeps modo illum filium meũ & tuum vt tu ipſum inſtruas. Ad quæ verba, is ac ſi equs ruptis vinculis diſcurrens, aut Ceruus ſitibundus ad aquas laxatus

*ſede Romana ſit ordinandus, & confirmandus: quod prius hexarcorum potentia freti non admittebant, quaſi Romanis pares fuiſſent. Inſtituit vt nil pro vſu Palij aut alijs officijs eccleſiæ perſoluatur: Pauperum, & omnium bonorum operum amator fuit. Vndè merito eius feſtum, ab eccleſia collitur 28. Iunij. qui et decem menſibus tantum ſedit quibus breui expleuit tempora multa. Tempore huius Leonis fuit celebratum Tolètanum concilium 12. In quo canone 2. decernitur notandum quod infirmi fructum pœnitentiæ deſiderantes ſi nimietate ægritudinis interim loquendi, & ſentiendi vſum amiſerunt, vltimum tamen illis tribuatur viaticum. hic eſt de quo fit feſtũ in Iunio.*

CAP.



imperatore cum concilio miſſam latinè decantauit in eccleſia Sãcte Sophię: Sub fine concilii ſanctiſſimus Agato Pappa obiit. Cui Leo. 2. ſuccedens, ſuo mandato concilium recepit, confirmauit, & approbauit. hic igitur Conſtãtinus. 4. deo inſpiratus, non minorem laudem ad vtilitatem eccleſiæ in hoc concilio promeruit, quã Conſtantinus primus in Niceno, ſanctionem dedit Benedicto. 2. vt electꝰ Pappa ſtatim cẽſeatur cõ firmatus, & tempore Ioannis Pappæ cum irepręhenſibiliter imperaſſet annis. 17. Conſtantino poli moritur & ſepelitur fuit dictus pogonatus cognomento barbatus.

CAP. 78.

Iuſtinianus. 2. filius præmiſſi Conſtantini. 4. imperator. 71. circa annum domini. 687. ait Vincentius hunc

laxatus geſtiuit. Is Coſinas curam paruulorum ſuſcepit, ſtatinquè inſtruit omni genere ſcientiarum, & patrem pueri adijt, aiens, tuis deſideris ſatiſfactum eſt, pueri me antecellunt, permitte a modo vt veſtitus ad monaſterium redeam: quibus ægrè conceſſis ad deſertum Sabe commigrauit, vbi & vitæ finem fecit. & pater Iohannis non multò pòſt.

Qui & Iohannes ad prefecturam, & maiora officia, quam pater, quanquã renitẽs, ſublimatur. Tãdẽ Leo Imperator cõtra ſanctorum imagines rugit & debachatur, Ioannes ſuis ſcriptis occurit: Leo fremit. Leo igitur fremens falſatis litteris Ioannem apud Regem Damaſci, proditionis Regni & ciuitatis accuſat. ob quod nulla audita ratione manus eius dextera abſcinditur: & palam ſuſpenditur.

CAP. 78.

*Benedictus 2. Romanus Pappa 83. circa annum domini 684. Vir ab ineunte ætate deo militans & rebus diuinis ſingulariter exercitatus, virtutibus adeò ornatus, vt omnium ſuffragijs in locum Leonis ſubrogaretur. Ad hunc ſpeciali gratia Cõſtantinus 4. eius ſanctitate permotus, ac plus pio Zelo, quo dei eccleſiam dilexit, ſanctionem miſit vt deinceps eum quẽ Clerus, populus & exercitus Romanus in Pontificem elegiſſet, ſtatim eum dei vicarium crederent omnes, nulla expectata principis auctoritate, vel hexarchi, quod prius non erat, niſi ex imperatoris, vel eius vices gerentis licentia. Nec mirum ſi populo & exercitui in hoc dabat vocem. Nam & imperator ac reges maximè Franciæ vocem in ſuffectione Pappæ habent electiuam.*



hunc iuuenem: 16. annorum iuueniliter infregiſſe pacem initam a patre cum Saracenis & bulgaribus. Vndè illi ſtatim Lybiam & Affricam inuaſerunt, & paruo labore occuparunt Attamen Iuſtinianus. cõfirmato ſuo imperio, & coacto exercitu magno, Abimelech eorum admiraldo tantum incuſſit terrorem, vt pacẽ petierit, & Affricam reſtituerit, cum grauibus tributis (vt aiũt) hic Iuſtinianus. 2. ſui imperii anno ſynodum coegit patriarcharum, & metropolitanorum epiſcoporum & multorum aliorum, cum Apochriſario Ioannis Pappæ in qua ſuſceperunt & firmarunt acta 6. ſanctæ ſynodi, vt conſtat in exẽplari iuſſionis miſſę ad Ioannem Pappam in fine dictæ ſynodi, quamquam poſtmodum is mutauerit propoſitum, & in ea ſynodo, etiam in loco Truli ediderunt canones 102. qui inſequenti

tur. Quã & tyrãni furore
frigeſcẽte, poſtulat ſibi
reddi, ſed a B. virgine per
fectius eidẽ reſtituitur. nã
pleniſſimè ſanatur: ita vt
non niſi quędam ſciſſura
pateret. Hinc mira exul-
tatio & gratiarum actio.
Rex ĩiuſtitiã agnoſcit ve-
niã precatur, omnéq; dat
libertatẽ; quẽ liberè mun
meritò quamdoquè recępit, ita vt eius imperialis corona & alia vaſa aurea fuerint à Parmēſibus conquiſita. Et de hinc ſe omni voluptati etiam cum ſpadonibus dedicauit. Et credens Innocentius ipſum voluptatib' quietatum, inſtat apud Ludouicum Regem franciæ vt iiſſet pro conquiſitione terræ ſanctæ: Et hic impediuit ſuccurſum quantò potuit, vt ſuper Innocentio. Tandem. 6. anno à ſua depoſitione moritur. Refert Florentinus, quia ſugiens intrare Florentiam ob quendam conceptum augurum quia illic deberet mori: deceptus ęquiuocatione nominis, adiit in ciuitatē fireſiola dictam vbi moritur.

CAP.

conuentum Coloniæ reuerſus. Vbi docendo, & ſcribendo plurima compoſuit. Summam quidem Theologiæ, ac penè ſuper totam bibliam. Item multa philoſophica, & a nugacibus fuit notatus, de Nigromātia. Moritur ſub Rudolpho imperatore. 1280.

CAP. 56.

Thomas. 5. ex Comitibus de Aquino Italus ordinis fratrum predicatorum, auditor prefati Alberti magni, & etiam nonnunquam Alexandri halenſis, vir eloquentia ac ſanctitate doctrinæ clarus: Vndè & meritò dicitur doctor angelicus. Is cum B. Bonauentura primus fuit ex mendicantibus religioſisqui inſignia & gradū doctoratus habuit, non ſine iniurioſa cōcertatione Guillelmi de ſancto amore, maxima affectione & ſanctitate coniunctus fuit bea-

*deò fuit probata, vt poſt mortem ipſius de ſcriptis, aut ab eo ordinatis (teſte platina) & veritate nil ſit immutatum.*

CAP. 61.

*Honorius 3. Romanus ex Agnania Campaniæ papa 183. omnium ſuffragijs creatur poſt Innocentium circa 1216. dictus antè Vgolinus, hic coronauit petrum comitem Altiſſiodorēſem imperatorem Conſtantinopolitanum, ſucceſſorem Henrici & Balduini, Item & Fredericum 2. Romanum imperatorem, quem poſtmodum depoſuit & excommunicauit tanquam continuum hoſtem ac eccleſiæ perſecutorem. Hic ſtatim inſtituit legatum Iohannem columna cardinalem, qui ad cōponendas res Aſiæ proficiſceretur cum copijs, quas Innocentius ad eam rem colegerat, cum quo et beatus Franciſcus adijt, qui vt reuelante illi domino prædixit*

CAP 64.

Iſque fredericus primogenitum ſuum Henricum, qui de ipſius tyranide dolebat fecerat detineri in carcere cum liberis, & illic moritur. conradum autem qui illi ex Yole filia Regis Hieroſolimitani fuerat natus, miſerat in Alemaniam, vt illic regnaret. Vndè Manfredus ab eo ex concubina genitus, cum eodem ſolus erat, cui & plura oppida teſtamento legauerat, qui & timens ne pater ſuperuiuens reuocaret conuenit cum Camerario & patrem cum ſeruicali ſuffocauit ac ſolemniter, quanquam eſſet excommunicatus, ſepeliuit.

Hic Fredericus, à Manfredo ſpurio filio fuit extinctus cum imperaſſet annis. 33. Quod ſentiens Conradus,

Apuliam

to Bonauēturæ,& ſancto Regi Ludouico , quem quidem Regem ſanctum, ſancti ſæpius comitabantur. Tot tātaquè ſcripſit volumina ſuper ſacrā ſcripturam ,ſententias,de Rebus eccleſiaſticis, de fide & ſcientiis humanis , vt vix habeat parem , Scripſit officium de euchariſtię ſacramēto,& cōpoſuit iubente Vrbano 4. quod nunc canitur in eccleſia dēpta proſa Lauda Sion, quam conpoſuit beatus Bonauentura, vt in ipſius legēda.moritur ſub Rudolpho imperatore. 1274. & fuit canoniſatus à Iohanne.22.

CAP.72.

Petrus de Tarentaſia, ordinis prædicatorum, effectus cardinalis Hoſtienſis , habuit ſermonem in obſequiis beati Bonauenturæ,propoſito themate doleo ſuper

te



*prædixit , & ſi primum Damietam ſeu Heliopolim conquiſiſſent nichilominus orta diſſentione inter legatum & Regem Hieroſolimitanum fuit maior interitus in excercitu chriſtianorum. Nam pro ſuorum nobilium redemptione qui captiui erant , & redditione ligni ſanctæ crucis à Barbaris compulſi ſunt eandem Damietam reddere infidelibus , die natalis domini, quæ die purificationis beatæ mariæ fuerat inhabitata* 1221. *Hic ſummus pontifex Regulam beati Franciſci confirmauit* 8. *ſui pontificatus anno cum ſecūdum verba eiuſdem iam ab Innocentio eſſet approbata. Confirmauit & ordinem beati dominici ſub quo Iſdem ſanctus moritur & beatus Franciſcus pariter.*

CAP.



Apuliam & Siciliam acceſſit, & Manfredus eius partes tueri ſimulauit.Et hinc Conradus cœpit more ſui patris affligere eccleſiam. At leni detentus infirmitate veneno in cliſtere poſito à Manfredo intoxicatur, relicto paruo filio Conradino.

CAP.65.

A depoſitione autem Frederici & à morte eiuſdem circa. 1244. ferunt imperium vacaſſe annis.28.prout Palmerius & alii nonnuli , nō ſimpliciter,ſed quia nulli ſint coronati . Henricus etenim.7.Lantegrauius ſeu princeps Thuringiæ maritus beatę Eliſabeth fuit electus à depoſitione Ferderici & fuit imperator.108. Et is prout Cario citat victoriam obtinuit aduerſus Conradum,& eum ex Alemania fugauit,qui & 5.annis imperauit

te mi frater Ionatha. Hicquè poſt Gregoriũ 10. fuit papa Innocentius quintus.docta plurima cõpoſuit in Paulum,in ſententias , pſalmos &c.ſub eodem Rudolpho circa.1275

CAP 73.

Hieronimus de eſculo ordinis minorum 9.generalis miniſter poſt beatum Bonauenturã , & pòſt modũ preneſtin⁹ & tandẽ Nicolaus papa.4. vir in diuinis ſcripturis eruditus & ægregius declamator miſſus à Gregorio. 10. Conſtantinopolim (cum fratre bona gratia dalmata qui poſt eundem fuit generalis miniſter) ad Gręcos,eos perſuaſit venire ad obedientiam eccleſiæ & ad concilium Lugdunenſe . Item & ad Tartaros qui baptiſati fuerũt.Et hi patres reuerſi

CAP. 62.

*Eo anno Tartari ex ſcythia aut ex montibus Indiæ digreſſi , Parthiam, Mediam, Perſam , Aſſiriam & Armeniam deuaſtarunt & per Sarmatas iuxta paludes Meothidis ſedes poſuerunt, hicque Honorius tandem rebus externis vtcunque quietis plurimas eccleſias reſtituit, & quaſdam ædificauit. Cumquè ea quæ bonum decet paſtorẽ ſtrenuè eſſet executus, moritur anno ſui põtificatus* 10.*menſe 7. pœnè in dimidio*.

CAP. 63.

*Gregorius 9. natione Cãpanus ſeu Hernicus papa* 184. *nepos Innocentij 3. ex familia comitũ Agnaniæ ordinatur 1226. hic ſtatim Fredericum monet ſub anathemate, vt primo tempore in Aſiã proficiſcatur cum exercitu recuperandæ Hieroſolimæ cauſa. Qui cum fraude ſimulauit ire vt ſuper eo dicetur.*

*Gregorius*



rauit & ſagita percuſſus in obſidione vlmæ obiit

CAP.66.

Guillelmus Comes Holandiæ imperator. 109. fuit electus circa. 1249. & cum benignè annis 7.imperaſſet, interfect⁹ fuit à Friſonibus.

CAP.67.

Alphoſus Rex Caſtiliç, & Ricardus Comes Cornubiæ , frater Regis Angliç, cum diuiſione fuerunt electi circa.1252. Aitquè Platina ſuper Clemente. 4. magnam contentionem ortam inter ipſos pro imperio.Nam Rex Caſtellæ armis & largitione id quærebat & electores nõ facile aſpiciebant ad Ricardum. Cario autem narrat Alphõſum potius vt literarum amatorem non acceptaſſe , & quia Richardus receptus

uerſi ab ei ſdem mirãda narrarũt de ipſis coram toto cõcilio. hic ſermones vtiles compoſuit de ſctis, et alia circa. 1270.

CAP. 74.

Haymo anglicus ordinis minorum generalis miniſter. 5. electus 1259. præſente & vota recipiente Gregorio. 9. & ab eodem confirmatus, fuit vir ſacris ſcripturis, vita & doctrina clarus. Breuiariũ correxit iuſſu Alexandri 4. & rubricas adiecit. Scripſit ſuper ſententias, & alia quædam, claruit vſquè. 1270.

CAP. 75.

Simon de Tornaco præſbiter doctor pariſiẽſis docuit & ſcripſit ſuper ſententias & ſinbolum Athanaſii. At ferũt quod Ariſtotelem nimium ſecutus in quibuſdam errauerit.

Aldaricus de Argentina, dominicanus ægregia

*Gregorius hic volumen decretalium ex multis in vnum compillauit per pœnitentiarium ſuum dominum Raymundum prædicatorij ordinis Beatus Frãciſcus dum in humanis ageret hunc adhuc cardinalem in patrem & protectorem prælegerat, & ſpiritu prophetico prædixerat papam futurum. Hic 2. anno ſui pontificatus ex Peruſio aſſiſium petijt, vt myracula quæ de beato Franciſco ex communi fama audiuerat probaret, et comperta veritate eũdem in numero retulit magno habito chriſtianorum conuentu. Dumquè Fredericus ſimulaſſet ire verſus terram ſanctam & Raynaldum præfectum dimiſiſſet cum alijs ſatellitibus qui terras & oppida eccleſiæ peruaſtaſſent: hic ſanctus pater manus ad fortia miſit & eoſdem deiicit ac fugauit. Studuitquè peruſinos exulibus cõturbatos*

receptus non fuerit. Vndè ſuper his vacauit imperium annis. 17.

CAP. 68.

In ea autem vacatione imperii plurima euenerunt. Rex enim Daciæ Henricus à proprio fratre Abel fuit ſubmerſus & non multò pòſt etiam iſdem Abel per friſones. Rex Hungariæ pro terminis & terris cõterminalibus tanta multitudine bellum mouit aduerſus Regem Bohemiæ, qui & tãta vi reſtitit vt ex puluere commoto, ſeſe clara die agnoſſcere non poſſent, attamen Bohemus preualuit. Carolus item Andegauenſis conuocatus fuit ab Vrbano 4. qui repreſſiſſet tyranidem Manfredi, & Regnis Siciliæ Ihieruſalẽ & Apuliæ inſigniret, abſquè aſpiratione ad imperium, ne hinc forſam ſchiſma

gia etiam ſcripſit.

Otho etiam Frigienſis epiſcopus ſcripſit opus hiſtoriarum:

Guillelmus epiſcopus pariſienſis Aluernꝰ multa docta opuſcula etiam compoſuit, tẽpore Frederici 2. circa 1230.

CAP. 76.

Guillelmus duranti epiſcopus mimatenſis cõpoſuit repertorium iuris, Rationale diuinorum & alia quędam circa 1286

Guillelmus epiſcopus Lugdunẽſis etiam dominicanus Docta compoſuit in ſententias.

Ioãnes valeix aliàs galenſis ſeu vt reor, de gallandia anglicus ordinis minorum multa preclara ſcripſit circa. 1270, tempore Rudolphi imperatoris.

CAP.

*turbatos quietare eò profectus.*

CAP. 64.

*Interim Romæ à quodam Hannibale ex Hãnibalibus cõcitatur populi ſeditio ac coniuratio, & quorũdam ſacerdotũ hæreſis: quos diuina vltio conpeſcuit inũdatione tyberis, ac tanta peſte vt vix decimus ſuper fugerit. At pontifex Romam aduenieus ſumma clementia populo ignouit pulſoq; Hannibale ordine ſenatorio, ſacerdotes hæreſim faſſos benignè correxit.*

CAP. 65.

*Tumquè (vt aiunt) Reate ob valetudiuem ſe conferens beatum dominicum cathologo ſanctorum aſcripſit patrem dominicanorum ac Spoleti beatum Anthonium de padua ordinis beati Franciſci. Item & poſtmodum beatam Eliſabetam filiam Regis Hungariæ, vxorem Lantgrauij Thuringiæ imperatoris.*

*Hicquè*

ſchiſma oriretur inter Alphonſũ & Ricardũ.

Quiquidem Carolus cum fratris adiutorio, ſancti ſiquidem Ludouici Regis Franciæ, dicta Regna obtinuit, deuictis Manfredo & Cõradino. At de hac Regni tranſlatione, expreſſior erit mentio cathologo priori.

CAP. 69.

Sanctus verò Ludouicus Francię Rex prioribus laboribus & expenſis non perterritus iteratò pro conquiſitione terræ ſanctæ iter cũ duobus filiis, & Theobaldo Rege Nauarræ ac Edoardo Rege Angliæ, & alijs quàm plurimis aſſũpſit, qui ex conſilio per Tuniſium ſunt agreſſi, vt eo regno detento, quod in medio conſiſtens, magnam transfretantibus præſtabat impedimentum, facilius alia terra cõquireretur Vrbem Cartha-

CAP. 77.

Gualterius epiſcopus Pictauiéſis ordinis minorum ſermones vtiles ſcripſit iubente Alexandro. 4. Itẽ & ſuper ſententias ſcripſit. De ipſo citat florentinus titu. 24. 3. partis, quia cũ fuiſſet cõpulſus ad epiſcopatum Pictauienſem, & pro iure eiuſdem eccleſiæ habuit litẽ cũ Cleméte. 5. qui in Auinionem reſidebat, quapropter ipſe Clemens eum depoſuit, & remiſit ad clauſtrum. At ipſe in extremis fecit litterã qua appellabat à ſententia eiuſdem Clementis, & ea in manu dextra incluſa ſepultus eſt.

Mirum, nam biennio à morte eiuſdem ſancti patris, curioſè voluit Clemens experiri an ita eſſet, & tumulo aperto aſpicere, qui nec manũ ipſius apperire potuit, niſi facta promiſione, quòd

*Hicque ob Frederici perſecutionem in vrbem ſe recipiens, & ſi à Iohanne Cincyo ſenatore vrbis prohiberetur, Nihilominus à Iacobo capotio honorifice ſuſceptus & protectus quieuit. Ac Fredericum ita perturbantem continuè iterum anathemate ferit. Suſcipiens item legatos beneuentum, & Venetorũ, confederauit vtroſquè ſimul & cum imperatore Conſtantinopolitano Balduino 2. & eoſdem eccleſiæ tutores conquiſiuit. quibus is Fredericus infœlix innumeras oppreſſiones intulit, ita & pontifici, Vnde ſuper his Gregorius concilium apud Lateranum indixit vt ratio de his haberetur. Attamẽ Fredericus terra & mari vias præcluſit, ac quoſdam cardinales & prælatos iuuantibus Piſanis in carcerem coniecit, qua ex re Gregorius ob conceptum dolorem non diu ſuperuixit*

Carthaginem cum caſtro de la goulette manu potenti conquiſierunt. Verum eo anno peſtilentia tanta in eorum exerciiu prçualuit, vt obierint Ioannes filius Regis, & dominus legatus pappe Cardinalis Albanenſis, cuius loco ſanctus Bonauetura fuit ſuffectus. Item & non multò pòſt iſdem Chriſtianiſſimus primceps beatus Ludouicus, & quàm plurimi Barones & Comites. Qui quidem Rex conſueta oratione pro populo ſuo intercedebat, aiens. Fac domine quçſumus nos proſpera mũdi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare, & pro ſuis orabat, Eſto domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos &c. obdormiuit in domino, aiens, Introibo in domũ tuam domine. At Carolus frater obtenta victoria de

quòd litteram illi reſtitueret, prout fecit.

CAP. 78.

Guillelmus Varro Anglicus, profeſſione minor, preceptor Ioannis Ducis ſcoti docta ſuper ſententias ſcripſit quæ ſemper non probat ſcotus ſcripſit tẽpore Rudolphi imperatoris circa. 1270.

Geraldus monachus ſãcti Quintini ſcripſit de tranſlatione ſanctę cruccis à beato Ludouico & de miraculis ipſius & beatæ Eliſabeth.

CAP. 79

Guillelmus lamarenſis franciſcanus additiones in beatum bonauẽturam ſcripſit, & in ſententias 1280.

Richardus etiam eiuſdem ordinis Remenſis archiepiſcopus, docta ſcripſit circ a. 1270.

Guillelmus itidem de Samuto Carmelita,

Egidius

*xit ſed moritur ſui pontificatus anno 14. et mẽſe 3. Ante cuius obitũ inaſſueta ſolis eclipſis præceßit.*

CAP. 67.

*Celeſtinus. 4. mediolanenſis ex familia Caſtilionum papa 185. eligitur circa annum domini 1240. iam ſenex & valetudinarius inſignis & ſanæ doctrinæ, vndè et 18. die ſui pontificatus moritur relicto ſui maximo deſiderio quo ſperaßet omnes ſe ſub eius pontificatu futuros fœlices. Vacat tum ſedes ante alterius electionẽ 22. menſibus oppinione maiorũ eccleſiæ, vſque quo cardinales detẽti à Frederico eſſent liberi et interim patrimonium eccleſiæ et eius ꝓtectores Frederic⁹ prout potuit detinuit & afflixit. Balduinus 2. imperator Conſtantinopolitanus, in his commotionibus omiſſa ſpe rei benè agendæ in Aſia reuerſus cum Raymũdo comite Tholoſano 2.*

*precibus*



ria de Manfredo & Cõradino, Regno ſuo debitè inſtituto, iuxta promiſſa Tuniſium acceſſit, ea penè hora qua frater Rex emiſerat ſpiritum, & obuiantes primorib⁹ exercitus pręnunciatur de valetudine fratris, qui diſſimulato merore eundem ad fratrem perducunt, quem vt mortuum conſpexit, humi proſtratus orationem ſimul & lachrimas fudit. Ex Guaguino lib. 7. fo. 118. Surgens Rex Carolus & temperans hortatur, vt confidentius agant, ne hoſtis vicinus efficeretur ferocior, nõ enim inimici diſtabant niſi ad 4. lapidem zabuloq; per aerem expenſo Francos inquietabant, & ſi nũquam prælii poteſtatem exhiberet. Carolus nihilominus cum ſuis eos proſperè inuaſit, & inuadere parabãt. Quod ſentientes Sarra

ceni,

Egidius de Roma prior generalis Auguſtinenſium,dehinc Bituricenſis archi epiſcopus, auditor beati Thomæ, multa docta opuſcula ſcripſit 1280. Ita & Iohannes de Parma frater minor,& Iohãnes Chriſtophori dominican⁹.

CAP. 80.

Henricus de Gandauo archidiaconus Tornacenſis doctor ſolemnis dictus, ſcolaſtica & ſubtilia cõpoſuit. Quæ & in aliquibus ſcotus contemporaneus ſubſtiliùs impugnauit.

Hambaldus Romanus docta quædam etiam edidit.

Hugolinus etiam patriarcha Conſtantinopolitanus Auguſtinenſis Arletus. 10. miniſter generalis ordinis minorum electus.1285.docta compoſuit,etiam(vt aiunt) concordãtias bibliorum.

CAP.

*precibus obtinuit apud Fredericum vt cardinales incolumes dimitterentur. Quapropter Anagniæ habito concilio concluſerunt de nouo pontifice creando.*

CAP. 68.

*Innocentius 4.papa 186. Sinebaldus ante vocatus Genuenſes ex comitibus Agnaniæ, notus antea & familiaris Frederico, vndè nec ſuper electione eiuſdem fuit delectatus. Inſtituitur epiſcopus pontifex Agnanie circa 1242. Is ſtatim ſuſcepto pontificatu mentionem facit de pace ineũda cum Frederico, etiam Rege Balduino interueniente & res in longum protracta nil niſi fraudem Frederici detexit. Quibus agnitis Innocentius in franciam apud Lugdunum ſe tranſtulit, dumque intellixit poſtmodùm Fredericum ad voluptatem deflexum, animum ad liberationem terræ ſanctæ dedit nam eo*

*Frederico*



ceni,pacta poſtulant & iniunt, vt omnem impenſam ipſi cumpenſent annuum tributum Regi Siciliȩ quotannis ſoluant captiuos dimitant, & fidem Chriſtianam per frarres Sãcti Dominici, & Sancti Franciſci permittant communicari.

CAP.70

Rudolphus imperator.III.Comes (ut aiũt) de Habiſbourg Prouincialis Halſatiæ, vacẽte aut diſſidente imperio eligitur circa annum domini.1237.ea(ait Platina) conditione vt ſequente anno Romam peteret cor onȩ aſſumendæ cauſa. Qui & ſi non iuerit, eius nihilominus electio fuit à Gregorio decimo probata in concilio Lugdunenſi. Qui & conuenerunt apud Lauſanum dumGregorius reuertetur in Italiam, & obuium tum habuit Alphõ

CAP. 81.

Iacobus de voragine epiſcopus Iauuenienſis dominicanus diuinis ſcripturis exercitatus, ob quarum alegationes crebras dictus fuit de voragine. Scripſit doctas epiſtolas & legendam auream ſanctorum circa. 1290.

Lucas quidã Italus profeſſione minorũ etiam doctus ſcripſit poſtilas: Ita etiam & dominus Conradus de haberſtat dominicanus: Nicolaus item de bibera teutonicus, Ioannes pariſienſis Dominicanus & Nicolaus Gallicus carmelita circa hæc tempora ſcripſerunt.

CAP. 82

Richardus de media villla anglicus ordinis minorum, in ſacris literis iure canonico & philoſophia peritiſſimus

*Frederico abſcedente, Hieruſalem ſtatim fuit agreſſionibus arabicis reſumpta & eo facilius quo abſquè muris erat, & Soldano iubente fuit reſumpta, vndè & Innocentius Ludouicum Regem franciæ incitauit ad eam reſumendam qui ex voto id fuerat pollicitus. Veruntamen tartari ſuperuenientes eam ſanctã expeditionem impediuerunt, de quibus poſtmodũ agetur. Ludouicus nihilominus eam viam accelerat & primò proſperè, nam fugato Soldano, Damietam obſedit. Fredericus autem ad arma conuerſus quantò potuit impediuit ne noſtris ſuccurſus mitteretur & terras eccleſiæ ac ciuitates tumultu repleuit.*

CAP. 69.

*Placuit tandem altiſſimo, vt Fredericus finem flagitijs daret, ſuffocatus à ſuo ſpurio Manfredo vt ſuper eodem Frederico, vndè Inno-*

ſum Regem Caſtellę cõquærentẽ quia imperium Rodolpho mandaſſet. Verum Aphonſus accæpta pontificis ſatiſfactione, ius omne Rodolpho conceſſit, qua forſam ex cauſa Caryo arguit, quia philoſophiæ deditus non curarit de imperio. Adrianus 5. papa Genuenſis hunc Rodolphum in Italia cõuocauit ad conuincendam Caroli Regis potẽtiam, vt ſuper eo Adriano. Nam bello Bohemico implicitus ire nequiuit. Initio enim ſui imperij acre bellum habuit aduerſus Bohemos & victis barbaris, etiam præualuit in Bohemos à quibus & Auſtriam conquiſiuit & Alberto filio dedit.

CAP.

ſimus & ſcolaſticꝰ quim & doctor in vtroquè iure, & in ſacra pagina, in qua dicitur doctor copioſus, aut ſolidus, egregia ſcripſit ſuper ſententias, & ſuper euãgelia, & Pauli epiſtolas, & ſuper diſtinctiones decreti, ac vtilia & profũda decreta de ordine iudiciorum de cóceptione beatæ virginis, & alia quàm plura. Claruit pariſiùs circa.1280.

CAP.83.

Matheus de aqua ſparta.12.miniſter generalis ordinis minorum electus 1287.& deinde Cardinalis epiſcopus Portuẽſis ſcripſit ſuper ſententias. Item & in Paulum, & ſermones, ac tabulas, ſuper magiſtro ſententiarum.

Guillemus paralſ dominicanus, ſcripſit ſummam vitiorum & virtutum, & alia nonnulla.

Giraldus

*dè Innocentius cum prius inter ſanctos aſcripſiſſet Hedimundum epiſcopum Cantuarienſem, & Petrũ martirem ordinis prædicatorij, & Stanichlaum epiſcopum Cacrouiẽſem vocatus à proceribus Regni Siciliæ ſpe obtinẽdi Regnum in breui moritur & ſepelitur apud Neapolim ſui pontificatus anno 11. & dimidio inſtituit octauam natiuitatis beatæ virginis vir doctus, cõpoſuit enim apparatum decretaliũ autenticas, & apologeticum de iure imperij, Hugonem cardinalem, & Alexandrum Halenſem plurimum dilexit.*

CAP. 70.

*Poſt mortem Innocentij non concordantibus cardinalibus ſedes pontificia ferè biennio vacauit & Manfredus interim Regnum Siciliæ, & terras eccleſiæ detinuit, Tentauitquè nepotem Conradinum intoxicare, & maxi*

*mam*

CAP.71

Et Rex Bohemus Othocarus bello etiã captiuatur à Rudolpho, ac detinetur ad tempus, vt ville mãcipium, at pòſt modùm ab eó liberatur, & Regno reſtituto ſuã etiam filiam illi dedit vxorem. Caryo, tamen ac Florentinus potius aiũt eundem in conflictu occiſum, & eam miſericordiam filio ſuo Vincelao (qui inter ſanctos fuit numeratus) fuiſſe præſtitam. Citat Florentinus Rudolphũ hunc in Lugdunenſi cõcilio cõfirmatum, & inſtitutum directorem militię eccleſiaſticæ in terram ſanctam, vt & Romam per tranſiẽs ſuſciperet coronam imperialem, vtquè acceleret iter depoſita fuit ſumma 200.milium florenorum illi pro ea expeditione ſoluendorum apud Lugdunum. Item & decimam beneficiorum

Giraldus Teutonicus, & Iohannes de ſancto Geminiano ordinis minorum docta ſcripſerunt.

CAP. 84.

Iohannes duns ſcotus ordinis minorum vir omni ſcientia profundus, & peritus, vndè & doctor ſubtilis nuncupatur compoſuit ſuper ſententias & quolibeta excellentia. Item de primo principio complexo & incomplexo, in methaphiſicam, de anima, vniuerſalia & alia innumera; & mirum cum re & nomine fuerit ſubtilis in nullo tamen fuit ab vniuerſitate taxatus, vt alii quamquàm doctiſſimi. Aiunt quòd etiam in Paulum ſcripſerit. Moritur tempore Alberti imperatoris. 1308. ſepultus in Colonia Agripina apud fratres minores.

Scripſit

*mam tyrãnidem exercuit. Dum enim is Conradinus eſſet puer in Alemania cum matre, legatos miſit Manfredus, qui colore viſitationis eundem necaſſent, at prouida mater aliũ præclarè indutum loco eius oſtendit, cui confectiones venenatas dederunt, qui hinc ſtatim obijt ex quo reuerſi proclamarunt Conradinum mortuum, et Manfredum regem, qui hinc maiori tirãnidi intumuit.*

CAP. 71.

*Alexander 4. papa 187. Campanus eligitur circa 1254. Manfredum ſtatim monuit ne ita in ecclæſiam inſurgat qui in deterius ſemper proceſſit ſpretis etiam Cenſuris. Ludouicus Rex franciæ cum ſuis in terra ſancta oppreſſus peſte ac fame Damietam repetens incidit in manus inimicorum, & capitur cum ſuis fratribus, comite Pictauien. & comite Ande gauenſi,*



ciorum eccleſię ordinarunt ad ſexennium pro ea expeditione ſoluendam. Qui & pollicitus fuit illuc Mediolanum die certa conuenire ſub pœna excommunicationis: quod bellis Alemanicis implicatus non adimpleuit. Ideò nec coronã accepit, ac potiùs fuit excommunicatus, & pro ſatisfactione Comitatum Romanidæ, eccleſiæ dedit.

CAP. 72.

Tempore huius Rudolphi, Siculi cæperunt machinari & inſurgere aduerſus Carolum Regem Siciliæ commoti à quodam Ioanne prochita, eo colore quia ab eo & ſuis gallis nimis grauarentur impoſitionibus & oppreſſionibus. Et quędam diſcordia orta eſt inter Nicolaum tertiũ & Carolum regem, cauſis citatis

alio

Scripſit & is doctor ſuper 4. euãgelia & ſuper Geneſim ad litteram. Item ſermones de tempore & de ſanctis & in ſententiarum curſum exouienſem qui cõmuniter legitur, & curſum parienſem qui dicitur reportata , vtile opus & compendioſum: Ac ſuper curſu exouienſi. Anthonius de fautis ſummaria, quotationes & plurima addidit , quæ non ſunt in ſcripto anglico.

CAP. 85.

Symõ monachus haffligenſis Benedictinus, moralia beati Gregorij abbreuiauit & recollegit alia quàm plura.

Rainerius Piſanus dominicanus , vir ſtudioſus, ſummam de caſibus ſcripſit quam prænotauit pantalogiam, claruit ſub Alberto circa annum. 1300.

Benedictus

*gauenſi, attamen ſub altero Soldano pro accepta pecunia & reſtituta Damieta liberantur, & deducuntur ſalui vſque Ptolomaidam, at in ea terra adhuc per annum remanſit. Dum autem ſanctus Ludouicus franciæ Rex per ſexenniũ ſtetiſſet in ſancta expeditione conquirendæ terræ ſanctæ, Manfredus continuè impediuit eccleſiam tyrannicè opprimens. Item & Eccelinus tyrannus de quo ſub Gregorio 9. quod copias habuiſſet à Frederico 2. cum quibus impugnabat ecclæſiam, hoc etiam tempore eandem plurimũ turbabat, at domino volente, inflicto illi vulnere apud ſucinum moritur cum fratre & liberis.*

*Tum etiam oritur bellum inter Genuenſes & Venetos quod multo amplius deturbauit, vtquè inimicus nil turbationis omitteret. Balduinus imperator Conſtantinopolitanus quo*

*ſtante*

alio cathologo , vbi de Regno Siciliȩ Vndè & is Nicolaus ab eo digni gnitatem ſenatoriam abſtulit & ſuaſit Regi Aragonum Regnum Siciliȩ ad eum ſpectare per vxorem filiam Manfredi. Martinus. 4. tamen eam dignitaiem eidem reſtituit. Sed & Paleologum imperatorem excommunicauit qui pacta cum eodem Rege non ſeruaret.

CAP. 73.

Verum ſuper his Paleologus & Petrus Aragoniæ Rex fœdere belli ſociantur aduerſus Carolum regem, & Petrus expectans noua ex concitatione Prochitæ in Affricam contendit cum claſſe, & populatus littora Hyponẽtium, Rediit in Sardiniam: & interim Siculi cõcitante Prochita conueniunt, vt ad primum ſonum cãpanæ pro veſ-

peris

Benedictus Caietanus qui poſtmodum Bonifacius. 8. compilauit. 6. decretalium, & alia nõnulla; ſed de ipſo in ordine pontificum initio. quinti libri.

CAP. 86.

Hubertinus de Caſſali ordinis minorum, vir deuotus & doctus, cum videret eum ordinem à prima inſtitutione (vt aiebat) deficere, nouas quaſdam ſeparationes ſub ſpecie reformationis incæpit, eidem annuente & adhærente Raymõdo Gauffridi, qui fuerat miniſter generalis euſdem ordinis, & obtinuit à ſummo pontifice Clemente quinto confirmationem, qui tamen auditis ſuperioribus ordinis, precipué Alexandro de Alexandria generali miniſtro, ea reuocauit, & ſuper ea re edidit eam Clementinam

*ſtante ſpes aliqua conquirendæ terræ ſanctæ ſuper erat, auxilio Genuenſium à Michaele palleologo græco deuincitur et fugatur. Cum Galli 59. annis tenuiſſent imperium. Et in hijs diſturbijs, Claram inter ſanctas retulit põtifex Alexander. papa pro his diſturbijs ſedandis Vuiterbium proficiſcitur pacem inter Venetos & Genuenſes compoſiturus, qui & tædio animi illic moritur & ſepelitur cum ſediſſet annis 7. Viros doctos ſemper dilexit & pauperes pro chriſto, Vndè & Guillelmum de ſancto amore condemnauit cum ſuis erroribus aduerſus ſtatum mendicantium. Beatós Thomam & Bonauenturam iuſſit recipi ad doctoratum in pariſienſis Vniuerſitate renitente et obſiſtente eodem Guillelmo.*

CAP.



peris conuenientes, Gallos nil meditantes abſq; ſexus vel ætatis diſcrimine cæderet, & adeò ſæuitum eſt vt etiam grauidæ mulieres cum fructu & prole necarētur, & hinc cum multorum exterminiũ optatur, in precantur eis veſperæ Siculæ. Et Carolus cõpulſus eſt Apuliam redire, & iurgium adeò ſuccreuit vt ad ſigulare certamen conueuerint, vt centum contra centũ qmod tamen fuit interruptum. Sed & Carolus Salernitanᵒ filius Caroli captiuus fuit in Aragonia, tandem liberatus datis filiis obſidibus, qui illic per ſeptennium fuerunt. Ex quibus fuit ſanctus Ludouicus epiſcopus vnᵒ & Philippus Rex

nam quę incipit Exiui de paradiſo, de verbo. ſignifi.
Vndè is Hubertinus trãſiit ad Cartuſianos. Scripſit quædam docta, vt aiunt, quamquàm non in omnibus conformia menti & opinioni eccleſię, maximè vbi aſſumit canticum Simeonis fuit circa 1300.

CAP. 87.

Alanus de inſulis Teutonicus, vir omni ſcientia clarus. vndè ab vniuerſitate pariſienſi dicitur doctus vniuerſalis multa docta opuſcula compoſuit ſuper ſententias & ſacram ſcripturã, Claruit etiam ſub Alberto circa 1300.
Albertus patauinus Auguſtinenſis ſermones de ſactis & 40. & alia quædam docta compoſuit.
Iacobus de Vviterberbio Archiepiſcopus Neapolitanus Auguſtinẽſis edidit præclara opera,

CAP. 72.

*Vrbanus 4. Gallus, ex Vrbe Trecenſi, Patriarcha Hieroſolimitanus, creatus papa 188. circa annum domini 1261. hic inſtituit feſtum & ſolemnitatem ſacro ſanctæ Euchariſtiæ. milites ex gallia reuocauit qui Manfredo tyranno reſtitiſſent. Vndè & Iordanis dux copiarum Manfredi ad eum reuocatus: Guelphis fautoribus pontificis aliquam reſpirandi facultatem dedit. Iſquè Manfredus copijs comparatis ex Sarracenis ditionem eccleſiaſticam inuaſit, etſi non ſemper fœlici exitu pro ipſo. Vndè Vrbanus beatum Ludouicum franciæ Regem hortatur vt primo tempore Carolum fratrem ducem Andegauiæ, & Prouinciæ Comitem, vxorio iure cum armato milite mittat, quod què ſibi animo eſſet eundem Siciliæ, & Hieroſolimæ Regem (pulſo Manfredo) inſtituere,*

Rex Franciæ cum filio Carolo valeſienſi pro Regno Arragoniæ dato prius illis in prædam cõcertarũt, ac Petrus Rex ex iflicto vulnere obijt. Ita & Philippus Rex Franciæ in his incommodis infirmitate grauatus apud Parpinianũ obijt. Pariter & eodem anno. 1285. Obijt papa Martinus. Et Rex Carolus primus dum copias & neceſſaria præpararet vt ante vernum tempus aduerſus Petrũ certaret, infirmitate grauatus apud Apuliam deuotiſſimè ſumptis eccleſiæ Sacramentis reddidit ſpiritum. 7. Ianuarii anni præcedentis, hoc eſt, 1284. honorificè ſepultus apud Neapolim. Carolo Regi Carolus. 2. filius eiuſdem ſucceſſit, adhuc (vt creditur) in Arragonia detẽtus. Vndè & poſt quadriennium ab eius detentione

ta, ad Clementem. 5. circa. 1310.

Alexander de Alexādria. 16. miniſter generalis ordinis minorum electus apud Barchinēſem. 1313. & ſequenti anno obiit Clemens. 5. & ſedes Romana penè biēnio vacauit, obiit & iſdem generalis, poſt quem ordo per. 17. mēſes fuit ſine generali.

Vndè quidam zelatores ex prouincia Narbone, videntes relaxationem ordinis, receſſerunt ab eius vnitate cum maximis commotionibus & defformitate habituū, quos pòſt modùm Iohannes 22. conpeſcuit vt in extrauaganti. Quorumdam. Hic compoſuit ſuper ſententias & in Methaphiſicam.

CAP.

*inſtituere, & ſi non niſi tempore ſequentis pontificis ſit completum. Tempore huius Vrbani floruerunt, Albetus magnus, ſanctus Thomas de Aquino, & beatus Bonauentura. Qui & tandem Peruſij moritur ſui pōtificatus anno 3. & menſe. Ferunt Cometam per tres menſes priùs apparentem, in eius morte diſparuiſſe.*

CAP. 73.

*Clemens 4. papa 189. Guido Fulcodi antè nominatus patria Narbonenſis: qui meritò ob vitæ & doctrinæ ſanctitatem fuit creatus pontifex circa 1265. hic primus cauſas in curijs integerrimè agebat. Vxorem prius habuit, quæ duas filias illi genuit. Quarum vna fuit religioſa, cui 30. libras turonenſes: Alteræ quæ viro ſuæ conditionis nupſerat 300. libras dotis nomine dedit.*

*Nepoti*

tentione Rex Anglię vtriq; affinis obtinuit vt tantem liberaretur datis tribus ex ſuis filiis obſidibus qui inibi per ſeptennium fuerunt. & is Carolus liberatus ſatis fœliciter cum Dongione Petri Regis ſucceſſore militauit, & initis cū eo Treugis duorum annorum filius eiuſdem Carolus Martellus à legato Papæ Rex Hūgariæ coronatus eſt.

CAP. 74

Carolus & Dongianus pòſt modum pacem inierunt cum certis pactis. Et Dongianus alteram Caroli filiam accepit vxorem. At Fredericus frater Dongiani regnū Siciliȩ detinuit fauētibus Siculis. Dum què à Carolo Rege & Dongiano, ac Carolo Valeuſi inuaderetur, cōpoſuit cum Rege Carolo vt etiam alteram filiam haberet, & regnū

Siciliȩ

CAP. 88.

Michael de Ceſena, ordinis minorum fuit miniſter generalis. 17. ſucceſſor dicti Alexandri electus circa 1316. dicitur etiam quædam docta ſcripſiſſe, de eodem, ac de Guillelmo Octrã per amplius ſub Ioanne 22.

Bertrandus etiam eiuſdem ordinis ſcripſit circa 1325. Iohannes de columna, dominicanus, archiepiſcopus Meſſanenſis, hiſtoriarum ſagaciſſimus ſcrutator, edidit volumen quod dicitur mare hiſtoriarum.

CAP. 89.

Martinus ordinis predicatorum papę pœnitentiarius, & pòſt modùm epiſcopus, excellẽs verbi dei declamator tabulam compoſuit decreti quę dicitur decreti Marguareta.

Item & Chronicam quę dicitur Martiniana, quam ſœpius in hoc opere

*Nepoti clerico quem reperit tres habere præbendas iuſsit vnam tantum retinere, aiens ſe deo & non carni aquieturum. Omnes penè acclamant hunc ſanctum virum, qui nec carni & ſanguini acquieſcere voluit, egiſſe prout & nunc et ſemper fieri deberet pauci nihilominus aut nulli qui dicant ſat meis aut mihi. Clamant in alios vt omnia habere quæant & ſæpius ſub alieno titulo. Hic ſanctus pontifex Carolum Andegauenſem & Prouinciæ Comitem fratrem beati Ludouici, accitum à prædeceſſore Vrbano pro tuitione eccleſiæ aduerſus Manfredum tyrannum, recæpit collato illi ſenatorio munere, quem & Siciliæ ac Hieruſalem & pòſtmodùm Apuliæ Regem declarauit. Carolus igitur proficiſcens, Regno cum pace obtento, etiam dono pontificis ſenatoriam dignitatem circa* 1268.

Siciliæ pro dote, ea ſolummodo viuente: Nihilominus vtrumquè retinuit, & ita ſemper remanſit bellum pro eo Regno. de his expreſſè in cathalogo. 4. ad leuam huius.

Hic Rudolphus, vt premiſſum eſt, Auſtriam cõquiſiuit, & eam pro futuro Alberto filio dedit titulo imperiali. Et ab eo Alberto Originati ſunt principes Auſtriæ. Itidem & Rudolphus filiam Vincelao Regi Bohemorum, dedit vxorem, qui quidem Vincelaus inter ſanctos eſt relatus. Tempore Honorii. 4. Rudolphus Cancellarium miſit in Hetruriam, qui populos pro precio ſumpto liberos faceret, & quanquam tanto pricipi eſſet indignum, papa Nihilominus non ægrè tulit, quia hinc ditio eccleſiaſtica ſecurior eſſet.

Circa

pere ſecutus ſum. Item ſermones & aliaquædam Sunt qui dicunt ipſum Benedictinum, à ſimilitudine nominis Mariani ſcoti, qui etiam chronica ſcripſit.

Claruit ſub Ludouico. 4. & circa. 1320.

CAP. 90.

Gerardus Odonis ordinis minorum. 18. miniſter generalis, electus poſt Michaelem de Ceſena in cap. pariſienſi 1329. vir in diuinis ſcripturis & ſcolaſticis doctus ac vita clarus. ſcripſit ſuper ſententias, & in libros Ethichorum. Item compoſuit officiũ de ſtigmatibus beati Frãciſci, quòd canitur in eccleſia, dicitur etiã quod edidit quædam cõmẽtaria in quoſdam libros bibliorum, rexit ordinem annis. 13. vt in memoriali ordinis..

Anno verò 1342. quo Benedictus. 12. ex hac luce migrauit, Clemens. 6

1268. *exercuit. Et tandem Clemens pontifex ſui pontificatus anno 3. die 21. moritur & ſepelitur Viterbij. Vbi primum Edinigem Poloniæ duciſſam inter ſanctas retulit: beatum Bonauenturam cum eius doctrina magna precio habuit. Mortuo itaquè pontifice, Carolus ditione eccleſiæ paccata, nauigio Piſanorum in Africam ad fratrem Ludouicum Regẽ tranſfretauit. Qui quidem fratrem repperit mortuũ, cum filio ſuo Iohanne, & domino papæ legato, & alijs plurimis, ex quo Treugis initis ad decennium cum Sarracenis, eis conditionibus quod tributum annuum Regi Siciliæ ſoluerent, captiuis dimißis cum libera facultate prædicandi fidem per fratres predicatores & minores, reuerſus eſt Carolus cum Philippo Rege Nepote, & Viterbium applicantes, cardinales adhuc de inſtituendo*



Circa hæc tempora obiit Michael Paleologus imperator Conſtãtinopolitanus, & ſacerdotes ac monachi Græci vetuerunt quominus loco ſacro inhumaretur quia in cõcilio Lugdunenſi conſenſiſſet cum eccleſia Romana & occidentali. Andronicus autem filius eiuſdem libẽter cum eccleſia ſenſiſſet ſi quid auxilii habuiſſet à noſtris, at cum ſedes vaccaret Romana, deſtitutus auxilio a fide catholica defecit. A morte enim Nicolai 4. Cardinales profecti Peruſium vt liberius eligerent ſucceſſorem, diſcordiis inteſtinis, biennio & 3. menſe in longum deduxerunt. Dumquè à Rege Carolo monerẽtur venire in concordiam advitanda incommoda Benedictus Caietanus, qui pòſtmodum Bonifacius.

ad pontificatum aſſumptus hũc Girardum patryarcham Anthiochenum, & epiſcopum Cathanēſem inſtituit. Claruit maximè ſub Ludouico Bauaro.

CAP. 92.

Nicolaus de Lyra ex ordine minorum, doctor pariſiēſis, in ſacris ſcripturis ſtudioſiſſimus & exercitatus plurimũ in Hebraica lingua, & in omni ſcientia diuina, & humana, vt conſtat ex ſcriptis eiuſdem, Ait Tritennius, quia qui ſui eloquij cõtemnũt ſimplicitatem eccleſiaſticã, verba & non res amplectuntur, prout & Hieronimus ad Panuchiũ ait, eccleſiaſtica interpratatio & ſi eloquii venuſtatem non habet diſſimulare debet, vt nõ otioſis philoſophorum pauciſq; diſcipulis, ſed vniuerſo loquatur hominum generi. Expoſitionem

*do pontifice diſsidentes reperiunt. At tantorum Regum præſentia moti Theobaldum Archidiaconum elegerunt, qui fuit Gregorius* 10.

CAP. 74.

*Gregorius decimus papa* 190. *Placentinus, Leodienſis Archidiaconus, dũ penè biēnio diſsidio quodã ſedes vaccaſſet, in aduentu illuſtrium Regum franciæ Siciliæ Nauarræ & Angliæ, &c. ex Africa remeantium, domini cardinales hunc qui tum ex deuotione in terram ſanctam adierat concorditer elegerunt circa* 1271. *& in ſuo reditu ab eiſdem honorifice ſuſcipitur & coronatur. Nec legitur alius Archidiaconus præter eũ promotus ad tantum munus. Occaſione deſumpta ex damnoſa & prolixa vaccatione eccleſiæ. Hic Gregorius ſtatuit in concilio Lugdunenſi, prout continetur in 6. de electione*

Bonifacius. 8. reſtitit aiens vota debere eſſe libera.

CAP. 75.

Inſigne miraculum accidit Pariſiis circa 1290 Cum quidã Iudęus mutuaſſet cum vſuris cuidam mulieri certam pecunię quantitatem ſuper pignus honeſtioris tunicæ ſuæ Quam in paſcate immò & totam ſummam Iudęus conceſſit liberam, modò ſacrã hoſtiam, quã reciperet ad eundem defferret, & eam miſerrima ore reſeruatam, ab eccleſia recedens Iudęo detulit. Et infideliſſimus hoſtiam ſuper ignem in aqua buliente poſuit, quæ & illęſa permanſit. At ipſa, ab eo, gladio percuſſa, emiſit ſãguinem, ita vt tota aqua eſſet ſãguinea, & tandem euolauit ſuper tabulam, & Chriſtiani ingreſſi ſacrilegium perpenderunt. Vndè

tionem litteralem ſuper totam bibliam compoſuit inter cũctas ſingularem & vtilem vt cunctis manifeſtum eſt, edidit & moralem ac miſticam. Item & ſingulare opus contra errorem Iudęorum, quod in fine bibliorum habetur. Itẽ & præceptorum ſuper decalogum. Item & ſuper ſententias & quoſdam ſermones. Quidã, vt Florentinus & faſciculator, eum dicunt, aut ex Iudæis conuerſum, aut Brabantium, vel quid eiuſmodi. In ſuo epitaphio ſuper tumulo ipſius in capitulo conuentus pariſienſis hæc habentur

Lira breuis vicus, Normania in gente celebris.

Prima mihi vitæ Ianua, ſorſquè fuit: Nullaquè me diu tenuit veſania natum. Protinus euaſi relligione minor.

Vernolium

*ctione & electi poteſtate c. vbi periculum. Vt à morte ſummi pontificis cardinales aſsiſtentes decem tãtummodo diebus expectare teneantur abſentes, quibus elapſis formato conclaui debeant ad electionem procedere quod & Bonifacius approbauit & obſeruatur. Hic ſtatim animum dedit ad componendam pacem inter Italos, Genuenſes Venetos &c. & ad conquiſitionem terræ ſanctæ, ad quam in propria perſona ſperabat tranſfretare, eiſquè de cauſis concilium generale apud Lugdunum indidit. In quo affuerunt Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Primates Græcorum, qui ad fidem eccleſiæ conuerſi ſubſignarunt, qui etiam (prout Platina citat) 13. vice ab ea defecerant, & ita nec reuerſi curarunt. De his in 6. de ſum. tri. & fide cath. c. fideli.*

CAP.

Vndè & captus Iudęus confeſſo ſcelere combuſtus eſt, & hoſtia reuerẽter & ſolemniter recepta à ſacerdotibus cum fidelium deuotione reportata eſt ad eccleſiam vbi & vſquè in preſens, vt aiunt conſeruatur, & in domo Iudæi facta eſt eccleſia, quę dicitur ſaluatoris bullientis. Florentinus hoc citat cum aliis. 3. parte tit. 20. ſ. 8. cap. 6.

CAP. 76

Rudolphus victorioſus princeps coronam imperialem non ſuſcepit, nam potius (vt Florentinus citat) cupiuit augere in Alemania potentiam pro filijs, nec plurimum videbatur curare de ſtatu Italiæ. Acquiſiuit enim ducatum Auſtrię, & magnam partem Sueuię.

Obiit

Vernolium admiſit currentem ad ſacra tyronem:
Et Chriſti docuit me domitare iugo.
Vt tamen ad mores legis doctrina beatæ,
Addita planaret ſinplicitatis iter.
Artibus ipſe pijs & Chriſti dogmatè fretus
Pariſij excæpi ſacra magiſterii.
Sequitur &c.
Omnipotens dominus quo ſumus, & morimur.
A cruce tu cuius numeres ſi mille trecentos.
Adiungẽs vnà quatuor & decades,
Ille me rapuit mors omnibus ęmula, ciclo,
Cum micat Octobris terna vigena dies.

Legi in alio quodam quod viam ſit ingreſſus vniuerſæ carnis anno. domini. 1349. Octobris. 14. & ab ingreſſu ordinis. 48. plenus annis. Ipſe pro

CAP. 75.

*Beatus Bonauentura cardinalis & epiſcopus Albanenſis affuit vnus ex præſidentibus vice ſummi pontificis: affuerunt epiſcopi 560. abbates & alij mille, in eo recepti ſunt ſolemnes nunti Tartarorum, & baptiſati. quos Hieronimus de eſculo ad eoſdem miſſus conuertit ad fidem, & cum eodem frater bona gratia dalmata, qui fuit generalis miniſter poſt eundem fratrem Hieronimum. Et is Hieronimus tandem fuit Nicolaus papa 4. Gregorius Aretium perueniens illic moritur anno ſui pontificatus 4. & bino menſe ac die 10. relicto ſui magno deſiderio.*

CAP. 76.

*Innocentius 5. papa 191. Petrus Tarentaſienſis antea dictus, vir doctiſſimus ex ordine beati Dominici creatur Aretij poſt Gregorium 1275. qui & ad paccandas*

Obiit tempore Nicolai 4. circa annum domini 1291. cum. 19. annis imperaſſet, temporibus Gregorii 10. Innocentii. 5. Adriani. 5. Ioannis. 21. Nicolai 3. Martini 4. Honorii 4. Nicolai etiam 4.

CAP. 77.

Adulphus Comes de Nanſau cum imperium anno vno vacaſſet poſt mortem Rudolphi, electus fuit primus huius nominis, &. 112. imperator circa annum domini. 1292. vt qui tempore precedentis Rudolphi magnæ fuit reputationis, ſed & frater eiuſdẽ tum epiſcopus Maienſis ſemper Rudolpho fauerat. hic Adulphus quia non ſatis potens, nec ęre, aut milite, pro tuitione Imperij per conſultationem & concordiam electorum deponitur: Cuius loco eligitur Albertus dux Auſtriæ filius

ſeprout citat ſuper gene. cap.1.ſcripſit in eundem librum, anno domini. 1322.tempore.Caroli.4. Regis franciæ.

De Regno Siciliæ ad Gallos

CAP. 93.

Iam in 4. cathalogo huius libri a 10.cap vſq; ad 25,actum eſt de hoc Regno Si ciliæ, qualiter Normani annis circiter 170.in eo Regnarunt,& non illaudabiliter,& dehinc à cap. 25. quomodo tranſlatum ſit ad Germanos ſub Celeſtino.3.& Henrico 6.ac Frederico, eius filio.qui in eodem regnarunt annis circiter.70. aut 80. & adeò eccleſiã vexarunt, vt ſummi põtifices compulſi fuerint conuocare Gallos in eorum axilium vt per ordinem ſequitur.

CAP.

*paccandas res Italas, & ad conquiſitionem terræ ſanctæ animum dedit. Verum intempeſtè moritur 6. menſe ſui pontificatus ac die 19.*

CAP. 77.

*Adrianus 5. papa 192. Nepos Innocentij 4. Romæ eligitur & ſacratur 1276. Creatus Viterbium proficiſcitur ſtatim, ac Rudolphum vocat ad comminuendam Caroli poteſtatem, qui & implicitus bello bohemico tum ire nequiuit. Sed & Carolus dans locum iræ, in Achayam ſe tranſtulit, viam ſibi parans ad imperium Conſtantinopolitanum. Et Adrianus Viterbij moritur cum ſediſſet menſe vno ac diebus 19. & ſepelitur in eccleſia fratrum minorum ante ſuam coronationem. Vndè & Carolus ſtatim in Italiam eſt reuerſus.*

CAP.

filius Rudolphi. aduerſus quem manu armata Adulphus inſurrexit. Verum non longè ab Vuormatia occiditur circa annum domini. 1298.cum.7.annis imperaſſet. Ab Alberto ita electo, qui & ſequitur, penè omnes ſub ſequentes imperatores vſq; ad modernum deſcenderunt. Id circo erit liber quintus de Imperatoribus Auſtriacis.

FINIS.

CAP. 94.

Fredericus.2.prefatum regnũ obtinuit, & poſtmodùm Conradus, & Conradinus, & poſtremò Manfredus ſpurius filius eiuſdem Henrici, qui inter ceteros eccleſiam & eius ditionem tiranicè conturbauit & vexauit. Et ſuper his vrbanus. 4. fuit electus circa .1261. pro ut Florentinus citat. 3. partis.tit.19.cap.13.is coacto concilio cardinalium & prelatorum ac ſapientum qui in Curia erant, Carolum Ducem Andegauię fratrem ſancti Ludouici Regis Frãcię, virum ſtrenuum & famoſum elegerunt in Apuliæ & Sicilię Regem qui tyranidē Manfredi reprimeret, & deſtinato ad id Symone Cardinali in franciam qui eam Regni Collationem pręſentaret . Ad quę Carolus habito cõcilio

CAP. 78.

*Iohannes 21. Portugalenſis papa 193. Inſtitutus 1256. Vir doctus etiã ſcientijs humanis, minus nihilominus in rebus agendis prouidus, vt ſinguli proclamant. Platina & ſumma conciliorum hunc ſupputant 22. connumerantes Iohanniſſam quandam pro Iohanne 8. & eccleſia eam non numerat inter pontifices. Errauit ob hoc is qui vitam huius ex Platina deſumpſit, & impreſſit in fine extrauagantium Ioha. 22. quaſi iſte eas compoſuerit cum vltima ſit ex 9. ſui pontificatus, & hic non ſedit niſi menſibus* 8.

CAP. 79.

*Nicolaus 3. papa 194. dictus dominus Gyannos Cajetanus de gente Vrſina creatur, protracta per 6. menſes electione, in qua præfuit Carolus ſenator & Rex Siciliæ, qui inſtabat pro vno gallo anno domini*

cilio à Rege & ſuis fratribus aſſenſit, & eiuſdē Regni titulum ſuſcæpit ea conditione (vt Platina citat) quod quadraginta milia nunmorum aureorum feudi nomine quotannis eccleſiæ perſolueret: nec ad imperii titulum, etſi oblatum aſpiraret, ad ſciſmata vitanda, inter Alphōſum & Ricardum.

Prę miſſus Carolus, vt premiſſum eſt, fuit frater ſancti Ludouici Regis franciæ, & ex paterna ſucceſſione dux Andegauenſis, qui &, vxorem habuit filiam Raymondi Beringerii nobiliſſimi, ex proſapia regum Arragonię & Comitum Tholoſanorum.

Hic Raymondus quatuor habuit filias, quarum priorem habuit ſanctus Ludouic⁹ vxorem cum magna dotis quantitate,

1278. *hic quemadmodum ex ardua proſapia ortus ita magna agreſſus eſt. fuit ſemper integræ famæ, honeſtus & caſtus, doctos dilexit, deuotus, & pauperum religioſorum amator, ita vt celebrans lachrimas funderet. Ordinem minorum, cuius erat protector ante papatum ſumma affectione zelabat, & Regulam eorum propter inſultus mordaces declarauit. Idquè 2. anno ſui pontificatus, qui & penè per duos menſes omiſſis alijs negotijs vacauit in ipſius declaratione, vt in minorica, & ipſa continetur in 6. de verborum ſignif. Exijt qui ſeminat. Vicariatum Hetruriæ à Carolo Siculo abſtulit, ob Rudolphum, qui alias non ſuccepiſſet expeditionem in terram ſanctam, quia eum vicariatum aſſerebat eſſe imperatoriæ ditionis ſicut & poſtmodùm eum vicariatum precio ſumpto ſubditis*

quantitate, ſecundā Rex Angliæ: tertiam Rex Aragoniæ quartam hic Carolus Dux. Iſq; Carolꝰ ex ſucceſſiōe vxoris preſatæ obtinuit Comitatū prouinciæ Auinionem ac Narbonem, & alia quàm plura. Papa tamē emulabatur, quia eius ſorores Reginæ eſſent & ipſa non. Vndè & omnia iocalia ſua impignorauit pro ſtipendiis ad conſecutionem nominis Regine prout platina citat. Florentiùs interim Vrbanus moritur, & Clemens. 4. in eius locum ſucceſſit, qui & maiori Zelo Carolū vocauit & confirmauit. Qui quidem Manftedū deuicit. Eo occiſo circa Beneuentum Conradinum etiam & Auſtriæ ducem cum eo, ac Henricum ſenatorem occidit: & Romam a diēs ſenatorium munus ānuēte pontifice exercuit, & cuncta

*ſubditis liberam dimiſit. Sibi nihilominus ſenatoriam dignitatem retinuit pontifex, & ſtatuit vt nulli cuiuſcunquè dignitatis ea poteſtas competat, vt in 6. de elect. et elect. fundamenta & alia nonnulla ſtatuit, vt eorum reprimeret auctoritatem, qui eccleſiam vellent moleſtare. Dicitur plus debito ſuos dilexiſſe. Et hic quamuis abſtinentiſſimus eſſet, ſubita tamen morte obijt, cum ſediſſet annis tribus & menſibus octo cum dimidio apud ſurianum. Et ob diſſentionem inter familias Hannibalum et vrſinorum, electio fuit protenſa vſque ad 5. men ſes. Et tandem ſuper his cardinales Galli præualentes elegerunt Martinum 4. Gallum.*

CAP

cuncta ad pacem compoſuit. Clemenſquè obiit non multò pòſt cum tribus ſediſſet annis.

CAP. 95.

Tumquè beatus Ludouicus frater eiuſdem Caroli non territus ex prȩcedentibus laboribus & expenſis pro conquiſitionȩ terre ſanctȩ, rurſus iter aſſumpſit cũ duobus filiis, & Theobaldo Nauarrȩ Rege ac Edoardo Angliæ & aliis, qui per Tuniſium ſunt agreſſi, vt eo obtento in via conſiſtente facilius reſiduum conquirerent. Qui & portum cum vrbe Carthagine conquiſierunt. At tanta infirmitas eo anno in eorum preualuit exercitu, vt obierint per eam filius Regis, & Dominus Legatus papȩ Cardinalis Albanenſis, & non multò pòſt iſdem Chriſtianiſſimus

Rex

CAP. 80.

*Martinus 4. Symon antè vocatus, patria Turonenſis, papa 195. electus vt iam ſuper Nicolao 1281. noluit apud Viterbium ſacrari, ob interdictum propter detentos cardinales, ſed in Oruicto: etſi poſtmodum eam cum pace conciliarit. Dignitatem ſenatoriam Carolo reſtituit, aut ſaltem (ſecundum Martinum) in ſuum locum ſubſtituit. Conceſſit & Romanis, vt duos ciues eligerent qui gubernarent vrbem, qui Hannibalem & Andulphum elegerunt benè adminiſtrantes. Excommunicauit Palleologum pacta cum Carolo non obſeruantem. Petrum Regem arrogonum, qui Caroli Regnum iniuſtè inuadebat, notat anathemate, qui dum magis proteruiret ipſius Regnum dedit in prædam. Iuſque illius conceſſit Carolo Valeſtenſi. Comiti*

*Neellæ*

Rex & alii plurimi.

CAP. 96.

Et Carolus obtenta inimicorum victoria, ſingulis ritè ordinatis, nauigio cum multa militia Tuniſium aduenit, ea penè die qua frater ſpiritum emiſerat, quo cõperto, proſtratus orationem ſimul & lachrimas fudit. Verum diſſimulato mœrore ob proximitatem inimicorum hortatur vt agant confidentius. qui & adeò ſtrenuè proſequntur vt inimici compulſi ſint cum Chriſtianis pactũ poſtulare & inire: ea cõditione vt Sarracenus inpenſas compenſaret, ãnuum tributum Regi Siciliæ ſolueret, captiuos Chriſtianos dimitteret liberos. Item fidẽ Chriſtianam paterentur annunciari in ſua gente per fratres predicatores & minores nec prohiberet ſuos. Et ita ſoluta

*Neellæ 2. genito Philippi regis franciæ. Cui & Rex Carolus neptem ſuam, filiam principis ſalernitani dedit vxorem, & pro dote comitatum Andegauenſem. Sed Carolus tandem moritur: Ita & Martinus apud Peruſium cum ſediſſet annis 4. & menſe. Apud cuius ſepulchrum multi valetudinarij, cæci & Claudi perducti curantur.*

CAP. 81.

*Honorius 4. Romanus ex gente ſabella papa 196. ordinatur circa annum domini 1285. habuit fratrem Pandulphum ſenatorem virtuoſum & probum podagra tamen laborantem, vt & frater Honorius, adeò vt non niſi inſtrumentis fabrefactis ſubſtentatus celebraret, nihilominus plus propè videbat quam omnes ſimul ſpectantes: & ſi propoſuiſſet neminem lædere, at potiùs omnibus prodeſſe, attamen Petri*

ſoluta parte auri decennes induciæ pactæ ſunt cum iuramento, & Chriſtiani ad propria remearunt, peſtilentia eoſdē inuadente, & opportunis deſtituti.

CAP. 97.

Tempore verò Rudolphi imperatoris Siculi cæperunt inſurgere & machinari aduerſus Carolum Regem, commoti à quodam Ioanne prochita: eo colore quòd à Carolo & ſuis Gallis nimis affligerentur impoſitionibus & oppreſſionibus. Contigit & quandam diſcordiam oriri inter eundem & Nicolaum 3. eo forſam (prout platina) quia Regi eidem (vt qui eccleſiam à tantis oppreſſionibus liberarat) Clemēs 4. ſenatoriam dignitatem conceſſerat & alia plurima. Vndé penè ſingula pro ſuo arbitrio in vrbe diſponebat.

Etiam

*Petri Arragonenſis iniuria motus Martini interdicta in eum approbauit. Cùm Rudolphus imperator Lucenſes & Florentinos accepta pecunia libertati donauit, quod etſi ea venditio indigna eſſet tanto principi, Honorius nihilominus non ægretulit cum hinc ſecurior eſſet ecclæſia. Eo tempore Petrus Arrago ex inflicto vulnere moritur.*

*Tumultuantibuſque in Sicilia bellis ac in Italia Honorius pacem adhibere non valuit. Hic paſtor zelantiſſimus ordinem carmelitarum prius in ſacris concilijs non ſatis probatum, approbauit: mutatis chlamydibus varijs & difformibus in albas chlamides & habitu nigro. Item & ordinem hæremitarum beati Auguſtini apud pariſios improbatum, confirmauit & iam recepti erāt per Gregorium 10. in concilio Lugdunenſi, vt in*

*6. de*

Etiam preſidens conclaui electionis eiuſdem Nicolai, & magis vni Gallo fauẽs. Super quo Nicolaus eius minuere poteſtatem cupiuit. Sicut & ante ipſum Vrbanus fuerat meditatus.

Nicolaus igitur inſtantia Rudolphi imperatoris vicariatum Hetruriæ ab eo abſtulit & ſenatoriam dignitatem, quam & ſibi duobus annis retinuit, Nepotem item Latinum in Hetruriam miſit legatum: & alium nepotem Bertholum in Romandiolam. Item & duos Reges in Lombardia & Hetruria meditabatur erigere ad reprimendos eccleſię aggreſſores.

CAP.

*6. de religi. do. c. Religionem, expulſis quibuſdam religioſis ſaccinis reprobatis in concilio Lugdunenſi, vt Florentius citat, & loco eorundem ſaccinatorum, datus fuit conuentus qui nunc apud lutetiam dicitur Auguſtinenſium: fertur quod & conuentus Lanbaliæ in Britannia erat inhabitatus ab eiſdem ſaccinis. Anno autem 2. pontificatus ſui moritur Honorius, & contagione ſuperueniente ſeu cardinalium ægretudine alterius electio fuit dilatata vſquè ad menſem 10. vbi Nicolaus 4. fuit electus.*

CAP.

CAP. 57.

*Gibellini abſque dubio maximi ſciſmatici fuerunt & rebelles aduerſus eccleſiam vndè & meritò inter hereticos citantur. Platina & alij narrant Fredericum 2. quatenus illi conſtaret qui ſuas partes ſequerentur ciuitates Italiæ in duas diuiſiſſe factiones, in Guelphos nempè & Gebellinos. Ita dicti (aiunt) à duobus fratribus teutonicis, quorum alter Guelphus & alter Gibel dicebatur. At Guelphus partes papæ & eccleſiæ tuebatur. Gibel vero parres Imperatoris tyranni. Quæquidem factiones innumeram perniciem & diuiſionem genuerunt cum in eadem ciuitate de vtraque eſſent factione: & qui in alios præualebant oppreſſionibus exilij, deprædationibus et huiuſmodi eoſdem vexabant. Multoq; tempore hoc ſciſma viguit. At ſanctus Bernardinus*

CAP. 98.

Item & is Nicolaus perſuaſit Petro Regi Arragonum ſibi licere repetere Regnum Siciliæ quod iure hereditario Conſtantię vxori ſuę, vt quæ filia fuit Mãfredi ſpectaret, qui cum ſpurius eſſet & illegitimus nullatenus ad eum ſpectabat. Id circo Martinus 4. ſucceſſor eam dignitatem illi reſtituit aut ſaltem eundem ſuo loco ſubſtituit.

Item Paleologum imperatorem, qui pacta cum eo non ſeruaret excommunicauit. Vndè & communibus expenſis cum Petro Arragono iure belli ſociauit. Vndè & Martinus Regnum Petri vt contumacis dedit in prædam Carolo Valeſienſi Comiti filio tertio Regis Francię.

CAP.

CAP. 82.

*Nicolaus 4. papa 197. 10. menſe poſt mortem Honorij 4. eligitur & ordinatur circa 1287. hic nominabatur frater Hieronimus de eſculo, ordinis fratrum minorum miniſter generalis poſt beatum Bonauēturam, dehinc præſbiter cardinalis ſanctæ ſabinæ. Hicquè cum fratre bona gratia dalmata (qui poſt eundem fuit miniſter generalis) miſſus ad Tartaros, eiſdem verbum dei tanto zelo annunciauerunt vt etiam eorum Rex fidem & baptiſmum ſuſceperit, prout narrarunt in cōcilio Lugdunenſi vbi & multi Tartari baptiſati fuerunt.*

CAP. 83.

*Hic abſque acceptatione omnes dilexit & promouit, ſolaquè virtus aut vitium eum in aliquos inclinabat præ alijs. Studuit plurimum pro pace inter regem Siciliæ & arragoniæ,*

*Bernardinus ſuis ſanctiſſimis prædicationibus ipſum pœnè extinxit. Hicquè Gibellini ſeſe albos nūcupabant, & Guelphos nigros. Caryo ait Guelphos ex Alemania, & ſemper fuiſſe Frederici, & ſui ſanguinis inimicos: quapropter ita nuncupabantur alemanicè. Ait item Caryo: eundem Fredericum ex ipſis Gebellinis traxiſſe originem. qui & alemanicè dicuntur Guiblinges: & ita ſecundum eundem non fuiſſent fratres, vt alia opinio citat. Conſtat ſaltem Gibellinos partes Frederici tenuiſſe & Guelphos pontificis & ecclæſiæ.*

CAP. 85.

*Deſiderius Lombardus tempore Alexandri 4. circa 1254. aſſeruit paupertatem cum mendicitate eſſe illicitam, ſed benè licitam in religione poſſidentium, vel vbi ex proprio labore ſine mendicitate victus haberetur. Idquè*

CAP. 99.

Paleologus igitur & rex Arrago ſunt aduerſus Carolum regem fœderati. Et is Petrus diſſimulans contendit in Africam cum claſſe, & de hinc in Sardiniam, expectans noua de concertatione Prochitæ, prout cõuenerant. Ex Platina. At interim Siculi ſuadente eodem Iohanne coniuratione ineunt, vt data die, cum primum Campana pro veſperis eſſet audita, Galli ſine diſcrimine ſexus vel ætatis cœderentur. Et adeò ſeuitum eſt, vt etiam mulieres grauidæ cũ fructu & prole necarẽtur. Et hinc adagio communi cum multorum optatur interitus, imprecantur veſperæ ſiculæ. Carolus igitur cum ſuis copiis compulſus fuit in Apuliam abire. Et petrus Arrago receptus & coronatus Rex Siciliæ.

*niæ, In hiſque diſturbijs ſoldanus Trypolim, Sydonem, & Baruthum euertit nemine obſiſtante.*

*Cumque biennales Ptolomaida obtinuiſſet inducias Nicolaus ſummus pontifex proprio ære milites mille quingentos ſub vexillo chriſti eo mittit, quos ſecuti ſunt alieni quidem maiora damna fidelibus quam inimicis inferentes.*

*Oritur ſimul diſcordia inter chriſtianos de poſſeſſione Ptolomaidæ.*

*Guillelmus patramala epiſcopus Arretinus iuuante Carolo rege in Gibellinos præualuit cũ Florentinis, & ea cauſa feudatorius vtriuſquè Siciliæ a Nicolao confirmatur: & pax vtcunque ab ipſo inter reges conficitur.*

*Vtquè nil mali deeſſet ad turbationem chriſtianiſſimi, acre bellum inter franciæ regem & angliæ oritur, quod ita noſtros exterruit, vt poſtmodum effugerint*

*Idquè aſſeruit vt veriſimile eſt ne ab eodem eleemoſina poſtularetur aut ne minueretur fructus eius.*

CAP. 59.

*Guillelmus de ſancto amore doctor pariſienſis tempore eiuſdem Alexandri 4. dum auctoritate apoſtolica fratres prædicatores & minores (qui tum maximi exempli & ædificationis erant in eccleſia) fuerunt recepti ad promotionem graduum in eadem vniuerſitate, & duo primi fuerunt beatus Thomas & beatus Bonauentura viri preclariſſimæ ſanctitatis & doctrinæ, vt eorum opera teſtantur: vndè & ipſe potius lætari debuiſſet. Attamen ex hoc forte minorari metuens contabeſcere cæpit, & in eos & eorum ordinem inſultare, moleſtijs corporalibus eoſdem inquietando, & concitando aduerſus eos quos potuit*

Siciliæ. Et reſpõdit quia miſericordia motus id fecerit ad populum. Et quia hereditario iure il li debebatur per vxorẽ.

CAP. 100.

Ex Martino.

Concreſcentibus tan dem iurgijs res deducta eſt ad ſingulare cer tamen, ea conditione, vt Rex vterq; 100. ſibi milites coaptaret, inter quos & eſſent. Itaquè bellum eſſet cẽtum contra centum, idquè in plano Burdegalenſi prima Iunii. 1282. & victus perpetuò eſſet infamis priuatus regio honore, ac periurus non veniens & ſubditus eiſdem pœnis. At Petrus non comparuit timore aiebat Regis Franciæ, aut (vt Platinæ placet) quia Rex Anglie vtriq; cõiunctus & Papa Martinus tantum certamen diſiemerunt.

Non

*effugerint ex Ptolomaida, periclitati tandem in mari iuxta Cyprum vnde ſoldanus eam euertit repe riens deſertam anno 196. poſtquàm à Godifredo eſſet capta.*

CAP. 84.

*Vndè Cyprus tantum & Armenia minor (quæ & Silicia dicitur) in fide chriſtianorum permanſerunt. Inſtabat Nicolaus papa vt Rudolphus imperator eò ſuas mitteret copias, at non multo poſt moritur, & Adulphus eius ſucceſſor. Vndè & Nicolaus tædio animi (vt aiunt) Romæ apud ſanctam mariam Maiorem etiam moritur, anno ſui pontificatus 4. & menſe, & tum cardinales Peruſium profecti, diſcordijs inteſtinis, biennio & 3. menſe electionem protraxerunt.*

CAP.



*tuit, ac etiam libellos famoſos & pernitioſos componendo, & vnum ſignanter, cuius initium erat. Ecce videntes clamabant foris. In quo multos cõtexuit errores, & prior ex eis vt præcedens, quod paupertas propter chriſtũ emiſſa cum mendicitate eſſet illicita & imperfecta. Item quod ſinguli quantuncunque ſtudio, verbo dei, aut officio & miniſterio diuino eſſent intenti & incumberent, tenentur labore manuali ſibi victum acquirere, vndè & aiebat in eiſdem ordinibus nullum ſimpliciter poſſe ſaluari. Item aiebat ſummum pontificem non poſſe dare licentiam eiſdem audiendi confeſſiones aut prædicandi ſine conſenſu inferiorum prælatorum. Quemquidem libellum condemnauit iſdem pontifex cum ſuis erroribus, Iniungendo ſub pena latæ ſententiæ excommunicationis*

**De Regno Siciliæ.**

Non multò pòſt Carolus primceps Salernitanus eiuſdem Caroli Regis vnicus filius, non lõgè à Neapoli incautè exiens in hoſtes, ducitur captiuus in Arragoniam. Et is fuit Carolus 2. poſt patrem, qui & habuit vxorem Mariam filiam & tandem heredem Regis Hungariæ, ex qua ſex habuit filios ſi quidem Carolũ Martellum Regem Hungariæ primum, Aloyſium ſeu Ludouicum epiſcopum Tholoſanum ſecũdum, ordinis minorum qui fuit relatus inter ſãctos, Robertum ducem Calabriæ tertium, qui fuit Rex Robertus. Philippum item Raymondum, Ioãnem & Petrũ. Itẽ & filias habuit, quarum prior data fuit Carolo valeſienſi. 2. filio Philippi. 3. Regis franciæ, diſpenſante Martino papa, & ex ea genuit Philipum

**Summi pontifices.**

CAP. 85.

*Celeſtinus 5. Petrus Moroneus prius dictus, Anachorita papa 198. Inſtante potiſſimum Carolo rege, & cardinali Latino ordinatur circa annum domini 1293. cum omnium admiratione, ac præter ſpẽ ipſius. Coronationi eiuſdem feruntur affuiſſe vltra ducenta millia hominum ob nouitatem. Sanctus hic pater priorem ſimplicitatem non dimiſit, vndè & quidem contemptus & diminutio dignitatis oriebatur, quapropter mortuo cardinali Latino, cuius auxilio pondus aptius ſufferebat, orta eſt quæſtio de abrogatione eiuſdem. Inſtantibus cardinalibus, & maximè benedicto Cajetano, qui poſt modum fuit bonifacius 8. & ferunt nonnulli, quod fraude per cannam quandam, aut fiſtulam vt alter Eleurus, eidem ſugillauerit vt loco & dignitate*

**Imperatores.**

**Hæretici.**

*nicationis ne quis eum ſeruaſſet aut detineret ſed potius ſtatim igni daret, At Guillelmus remanſiſſet pertinax & rebellis chriſtianiſſimus Rex ſanctus Ludouicus ipſum exilio damnauit, & etiam idem pontifex ſub pena ſententiæ excommunicationis, & in ipſo exilio vitam pertinaciter finiuit.*

CAP. 60.

*Armachanus archiepiſcopus hybernus non multo poſt, nam ſub Innocentio 5. eadem ferme aſſeruit, vt Guillelmus de ſancto amore non tamen cum pertinacia ſed ſub correctione, et id propoſuit apud Auinionem coram eodem Innocentio, & ea inſeruit quodam libello quod deffenſorium curatorum nuncupauit. Cui & reſpondit magiſter Petrus minorita. Hic etiam aſſeruit ſimplicem ſacerdotem in abſentia epiſcopi poſſe conferre & excercere omnia officia*

Philippũ valeſienſẽ 5o.
Regẽ Franciæ, à quo Re-
ges ſubſequentes habẽt
originem. Et Martinus
papa, vt habet Florenti
nus, Petrũ anathemate
damnauit, & Regnum
ſuum in prędam dedit
Carolo Valeſienſi, agẽs
vt contra periurum, &
vſurpatorem bonorum
eccleſiæ, qui deriſoriè
& irriſor cenſuræ ſe no
minauit Petrum de Ra
thona.

CAP. 101.

Et Rex Siciliæ Carolus
ſuper his commotioni-
bus, copias præparens
ante tẽpus veris in par
tibus Apuliæ infirmatus
ſacramentis eccleſiæ de
uotiſſimè ſuſceptis red-
didit ſpiritum. 11. Ia-
nuarij. 1284. honorificè
ſepultus apud Neapo-
lim. Cui Carolus 2. ſuc
ceſſit, adhuc tamen in
Aragonia detentus. Ve-
rum Edoardus Rex vt
affinis poſt quatuor an-
nos obtinuit vt libera-

*tate eidem ceſsiſſet. qui
vt ab angelo monitus illi-
co ceſsit. Vndè de iſpo Bo-
nifacio, aiunt, quia intra-
uit vt vulpes. Diſſuade-
bat nihilominus Carolus
Rex cum toto populo. At
tandem vt ſimplex reſ-
pondit ſe id velle modo
liceret, & diſcuſsione per
ipſum facta fuit declara-
tum id licere, & Bonifa-
cius id inſeruit in 6. de
renunciatione. c. primo.*

*Item & conceſſa per eun-
dem Celeſtinum reuoca-
uit, vt in extrauanganti:
ſancta Romana. de domi-
bus religioſis. Verũ quod
fraude premiſſa eidem Bo-
nifacio ſeu Cajetano reſi-
gnauit officium, nullum
habet colorem, cum Boni-
facius pura electione ſit
promotus.*

*Nec in ea conſtitutione
aliqua eſt mentio de reſi-
gnatione huiuſmodi quod
liceat ſed equidem de ab-
renunciatione ſola. Hic
ſanctus pater cum tantum
menſibus*



*cia ſacramentalia vt epiſ-
copus contra quem Tho-
mas valdenſis.*

CAP. 61.

*Vtquè materia ſimul cor
reſpondeat de erroribus cir
ca euangelicam pauperta-
tem ad aliud extremum,
alij ſunt locuti ſub ſequen
tibus & nominatis pon-
tificibus.*

*Guillelmus antuerpienſis
aſſerebat per paupertatem
omnia conſumi & deleri,
multoque meliorem eſſe
pauperem meretricem, quã
caſtam diuitem.*

CAP. 62.

*Apoſtolici de quibus
iam ſupra, aiebant non li-
cere alicui, quid proprium
habere fratricelli aut Pſeu
do apoſtoli quorum dux
fuit Gerardus ſagarellus
parmenſis circa 1260.*

*Item Dulcinus nouarien-
ſis cum vxore ſua qui
tempore Bonifacij 8. aſſe-
rebant apoſtolos nec ha-
buiſſe aut recepiſſe pecu-
niam aut aliquid ſeruaſſe
in*

retur, pollicens ſe procuraturũ, quatenꝰ Comes Valeſienſis ceſſiſſet regno Arragoniæ, aut Carolus ſub iuramento in eius carceres reuerteretur: ad quod tres ex filijs ſuis dedit obſides, Ludouicum ſiquidem, Robertum, & Raymundum, vbi & Ludouicus concepit ſpiritum, vt minorum ſumeret habitum.

CAP. 102.

Philippus tamen Rex Francię & eius filius nõ aquieuerunt, at potius pro Regno Arragonię maximis viribus contendunt, vbi & Philippus Rex infelici vulnere obijt. Ita & Philippus Rex his incommodis vexatus infirmitate obiit apud Parpinianum. Et eo anno. 1285. obijt & Martinus Papa, Cum iam obijſſet Carolꝰ primus. Et ita tranſit gloria mundi. Carolus vero

*menſibus 5. aut circiter ſediſſet: & lætanter rediret ad heremitorium, retentus fuit ab eodem Bonifacio, & incluſus in arcem fumonis, ad ſciſmata vitanda vt aiebat Bonifacius, ne qui ſub eius colore vellent inſurgere in ipſum. In ea tamen detentione aut (aiunt) dolore animi, vel naturali morte moritur anno vno, & menſe 5. à ſua coronatione. Qui & à Clemente 5. relatus fuit inter ſanctos, ac colitur 19. Maij. ſub nomine Petri Celeſtini. Fuit fundator & inſtitutor Celeſtinorum.*

*FINIS.*

*in craſtinum, & conſequenter nec id eis aut alijs licuiſſe. Item aiebant decimas non debere dari ſacerdotibus, niſi eſſent pauperes vt apoſtoli. Item hi fratricelli aut apoſtolici pſeudo aiebant ſeipſos non ſubijci niſi chriſto more apoſtolorum. Item quod nulli licet vllo caſu iurare. Item negabanc eſſe præſtandam obedientiam prælatis eccleſiæ, nec etiam alijs ſi ſoli chriſto ſubderentur vt aiebant. Item quod papa non habet poteſtatem vel auctoritatem niſi ſit bonus & ſanctus, & eam iam per peccatum amiſit. Item aiebant eccleſiam conſecratam non plus valere ad orandum quam ſtabulam porcorum. Aiebant ea magis meritoria quæ ſine voto. Et hij tres nempè Sagarellus parmenſis & dulcinus nouarienſis cum vxore ſua, conuicti fuerunt & conbuſti.*

*Platina*

verò ſecundus liberatus ſatis feliciter dimicauit aduerſus Dongianum Regem Arragoniæ Petri ſucceſſorem, & iniit trugas duorum annorũ cum eodem. At interim Carolus Martellus filius eiuſdem RexHungariç coronatut à legato ſummi pôtificis. Et Dõgianus egit pacem cum Carolo circa 1295. & cũ eccleſia approbante Bonifacio. 8. ea tamẽ cõditione pax inita eſt vt Carolus Valeſius cederet Regno Arragonie, pro quo Ducatum Andegauenſẽ poſſideret, & Dõgianus pariter dicto Regno Siciliç, & ipſe ſimul filiam Caroli haberet Vxorem, à quib⁹ fuit genitus Petrus infans beati Ludouici ex ſorore nepos, qui etiã in ordinem minorũ profeſſus laudabiliter in eo vixit, vt in minorica ſuper. 21. miniſtro generali Et ita

*Platina eos ponit tempore Clementis 5. & dicit eos fuiſſe libidini deditos, & quia erant hi qui dicti ſunt fratricelli: Qui & in alpibus a legato inedia & armis fuerunt oppreſſi, & Dulcinus cum vxore conbuſti. Florentinus, titulo 21. 5. 1. ait, eos aſſeruiſſe omnia communia ex charitate, etiam vxores.*

CAP. 63.

*Flagellantes ſe tempore Gregorij 10. circa 1271. proceſſerunt per totam Italiam, Germaniam, & galliam 40. annis aut circa ſeſe cum flagellis & aculeis fuſtigantes, aſſerentes illud eſſe ſalubrius quam quæcunque confeſſio aut martyrium nõ ſic fatuum & voluntarium. Item aiebant aquam benedictam nil plus habere virtutis quam alia aqua. Item baptiſmum aquæ ceſſaſſe, & mutatum eſſe in baptiſmum ſanguinis per flagella. Item euangelium in aduentu*

Et ita liberati ſunt obſides. Fredericus nihilominus frater Dongiani annuantibus Siculis, vi retinuit Siciliæ Regnũ, & ita fomes bellorum inter eos continuè manſit.

CAP. 103.

Tandem Carolus Apuliȩ Rex moritur 1307. Cui Robertus filius ſucceſſit annis triginta natus tribus, deuotus & catholicus, multa tamen ſuo tempore paſſus. Hic ſine virili prole moriens, filiam Ioannem Andreæ nepoti, filio Caroli Regis Hungariȩ dedit vxorem: iubens vt poſt eumdem regnaret, qui & tribus annis regnauit. Verum illa ſocordē peroſa, per inſidias eundem perimi & ſuſpendi fecit, ac Ludouico fratrueli, filio Tarentini principis nupſit. At Rex Hungarus fratris iniu-

riam

*aduentu ſectæ illorum ceſſaſſe. Item aiebant periurium eſſe licitum.*

CAP. 64.

*Turelupini infames abſque verecundia nudi incedebant & vt canes coibant, vndè aut quando fuerint non legi. & forte idem ſunt cum ſequentibus Adamitis.*

CAP. 65.

*Adamitæ vt ait Aeneas ſiluius, qui pius 2. fuerunt ſub ſigiſmundo imperatore et ita poſt hæc. tempora. Hi in Regno Bohemiæ duce quodam infami picardi nudi promiſcuæ incedebant, vndè eos Adamitas vocabat, & ſeipſum filium dei & adam. Qui & connubia promiſcua eidem permiſit modo pro vſu ipſum adiſſent aſſerentes ſeſe concupiſcere, quibus aiebat.*

*Ite*

riam vlturus oppugnare Italiam adoritur.

CAP. 104.

Et ſuper his ea Iohanna cum adultero prouinciam Narbonenſem ex timore aufugit, relicto Dirachino duce, etiam Roberti nepote pro cuſtodia Regni. quem Hũgarus ſuperatum & victum vltimo ſuplicio affecit: vt qui forſam in mortem fratris fuiſſet machinatus. At graſſantè peſte per Italiã, Rex in hungariam eſt reuerſus. Verum Clemens ſextus quieti Italiæ conſulturus pacem cum Hungaro inſtaurauit: & Ludouicum Tarentinum in Regem Neapolitanum inunxit. Vrbem in ſuper Auinionẽ, quę ex patrimonio

Ioannis

*Ite creſcite &c. Vnde iſti alij erant ab Adamianis de quibus habet Auguſtinus vt ſupra, nam illi nuptias, & omnem copulam negabant licere.*

Ioannis Reginę erat ab eiſdem emit, commutato pretio emptionis, pro feudo debito eccleſiæ ob regnum Neapolitanum: Et extunc Auinio eſt ſedes papalis. Hęcq; ſufficiant.

FINIS.

Anni Christi.

CAP. I

Albertus primus, Auſtriæ dux fili⁹ Rudolphi imperatoris, imperator 113. eligitur imperator cooperante Edoardo
1298. Rege Angliæ circa 1298 ferunt nonnulli ipſum fuiſſe monoculum. Cũ bis,aut ter confirmationem à Bonifacio poſtulaſſet non obtinuit, papa (vt aiunt) aſſerẽte, quia ipſe Cæſar ſolus eſſet. Aut alia ratione, per Florentium. Quia ipſe Carolo Valeſio pollicitus eſſer conferre imperium,& ſi hunc confirmaſſet,hinc conceptum
1298. eſſet odium.

CAP. 2.

Oritur tamen diſſentio inter eundem Bonifacium & Philippum Franciæ Regem, & ea cauſa Bonifacius hunc Albertum confirmauit vtq; eum in Regem, concitaret, ius Regni dicti Philippi eidem conceſſit,

CAP. I.

*Valdenſes, qui & pauperes de Lugduno dicti, à quodam Valdone Lugdunenſi. prout citant Alphonſus, pius Æneas, & Guido carmelita. Hicquè Valdo epiſcopus diues omnia diſtribuit ſub colore euangelicæ pauperatis. Et cum eſſet ydiota fecit ſibi conſcribi quoſdam libros in lingua materna, cum quibuſdam teſtimonijs ſanctorum, quos nec intelligens officium arripuit prædicatoris, & innumeros ſeminauit errores.*

CAP. 2.

*Omnes enim benedictiones, exorciſmos cantus & ſolemnitates, ac ceremonias eccleſiæ deridebant. Item ieiunia, delectus ciborum, confeſſionem, & confirmationem negabant. Ac auctoritatem & obedientiam eccleſiæ, ac totius iuris canonici. Item & omnemſuperioritatem ac*

# LIBER QVINTVS CONPENDII HISTORIARVM ECCLESIASTICARVM A tempore imperatorum domus Auſtriæ.

Scriptores Eccleſiaſtici

CAP.I.

Ex Tritennio.

IOannes de Columna dominicanus Archiepiſcopus Meſſanenſis edidit volumen hiſtoriarum, quod dicitur mare magnum.

Martinus ex eodem ordine pœnitentiarius Papæ, compoſuit tabulam ſeu Margaretam decreti, & Chronicam quæ dicitur Martiniana quam & ſœpius ſecuti ſumus.

CAP.2.

Auguſtinus de Anchona Auguſtinenſis, Sigiſbertus

*Summi pontifices.*

CAP. I.

*BOnifacius 8. Hernicus, Benedictus Cajetanus antè dictus, papa 199. creatur poſt abdicationem Celeſtini 1294. fuit vir doctrina & experientia inſignis, vt qui diu in curia verſatus. Eam declarationem Nicolai 3. ſuper regulam fratrum minorum dictauit exiſtens cardinalis, quam poſtmodùm inſeruit in 6. decret. ſub Rubrica de verbo. ſignif. Eũ ordinem minorum plurimis priuilegijs dotauit. Ludouicum Regem retulit inter ſanctos. Aiunt ipſum voluiſſe dominari arroganter. Gibellinos ſum-*

*m*





ſit, ad Eccleſiam, prout aiebat, ob contumaciam deuoluti propter violatum iuſgentium, & omnes francos à præſtito iuramento abſoluit. Id nihilominus fuit in vanum. Nam Rex Philippus filiam ſuam primo genito Alberti dedit vxorem, atquè ita potius fuerunt confœderati nec inimici.

CAP. 3.

Albertus iſte prout citat Caryo domuit Bohemos, & filium ſuum conſtituit Bohemorum Regem. Vndè & imperatores de domo Auſtrie, Bohemiæ & Luxemburgi connumerãtur: in hoc lib. vt ex vna domo, quanquam duo Bauari ſint commixti.

CAP.4.

In eo anno Iubilei. 1300. opifices & Plebei infimæ conditionis apud Belgas- inſurgunt

*ac poſſeſſiones eccleſiæ pariter negabant, aientes quia eccleſiaſtici ex ſola eleemoſina debeant viuere. Omnem autem carnus probabant in tentatione, culpabant tamen ſi abſquè tentatione committeretur. Aiebant item quod nullus peccator ſit epiſcopus. Item quia ſola die cenæ domini ſit communicandum & conſecrandum. Negabant omnem vſum imaginum, & indulgentias. Item & omnem iuſticiam ad pœnam vel mortem & omnia myracula negabant. Et religiones mendicantium. Item & purgatorium & omnia ſuffragia pro deffunctis. Guaguinus hæc habet ſuper Ludouico iuniore, filio Ludouici groſſi.*

CAP. 3.

*Turelupini nudè incedebant tanquam infames & inpudici, quando fuerunt non legi, verum reor eoſdem eſſe cum ſequentibus Adamitis.*

Sigiſbertus de betra Carmelita, Petrus de Parpiniano, Odoricus Franciſcanus, & Guido Parpinianus epiſcopus maiorenſis etiam Carmelita, hi doctè ſcripſerunt circa. 1320.

Bonauentura Patauinus Auguſtinenſis Cardinalis, dum contra tyrannos eccleſiæ libertatem tueretur, à domino Carienſi ſagita confixus martirio coronatur an. 1320.

CAP. 3.

Guillelmus Octram incœptor viæ monialium, fuit ex ordine minorum, diſcipulus Scoti. Diſceſſit tamen vt cum què ab eius doctrina, ſcripſit in ſẽtentias plurima, & Mathematica. Gabriel viel in eis ſentẽtijs ſecutus eſt eundẽ. De contentione inter eundem & Ioannem 22. infrà ſub eodem Iohanne, & Ludouico Bauaro

CAP.

*mo odio proſecutus eſt, & ſignanter Columnienſes cardinales Petrum & Iacobum, quòd aduerſus eum libellis famoſis principes commouiſſent. Eos enim cardinales cum familia Columenſium, ſchiſmaticos, rebelles, ac priuatos beneficijs, & patrimonijs per formam decreti retulit, vt in 6. de Sciſmat. c. ad ſuccindendos.*

CAP. 2.

*Iſquè Bonifacius præmiſſos Columnenſes bello cum cruce ſignatis inſequitur, & compulſi ſunt fugere velut exules, & quidam eorum patruus nomine Scarta maluit detineri a pyratis quam ab eodem. Qui & poſtmodùm à Rege Philippo agnitus apud Maſſiliam fuit redemptus. Qui & pòſtmodùm præbuit medium capiendi eundem Bonifaciũ. Hic Bonifacius feſta apoſtolorum & euangeliſtarum & doctorum inſtituit*

inſurgunt in francos & preualuerunt: eoſdem etiam in anno ſequenti plurimum inquietantes. Et tempo-re huius belli cum Belgis & Flamingis Bonifacius meditabatur expeditionem Hieroſolimitanam. Vndè & epiſcopum Apenienſem miſit qui hortaretur Regem Philippũ ad eam expeditionem qui eo bello præpeditus nil promiſit. Legatus inſtat verbis accerbioribus, & ea cauſa incarceratur à Rege. Bonifacius ius Regni ſui iterum eidem Alberto conceſſit. Et ſi plurima antè eidem Regi conceſſiſſet, vt de vacantibus eccleſijs &c. Rex ſuper his inhibuit acceſſum ad Iubileum ex ſuo Regno.

CAP.

*Adamitæ, vt citat Aeneas ſiluius fuerunt ſub Sigiſmundo imperatore et Rege Bohemiæ ſub duce quodã infami picardo, qui nudè promiſcuè incedebant. Vndè & eos Adamitas vocabat, & ſe filium dei & Adam.*

CAP. 4.

*Hic infamis picardus connubia promiſcuè permittebat modo pro vſu ipſum adiſſent, aſſerentes ſe ſe concupiſcere, quibus diebat, ite, Creſcite & multiplicamini &c. Hiquè Adamitæ, alij ſunt ab Adamianis, de quibus Auguſtinus loquitur, vt iam ſuprà. Nam alij nuptias, & omnem copulam negabant. Similes iſtis fuerunt infames Taboritæ in apocella, vt infra.*

CAP.

CAP. 4.

Gerardus Adonis miniſter generalis ordinis minorum anno domini 1329. Vir in diuinis ſcripturis vita Clarus ſcripſit ſuper ſententias & librum æthicorum. Cōpoſuit officium de ſtigmatibus beati Frãciſci. Item & commentaria in bibliam. De contentione Otram & Ioannis 22. Non curauit, nec Frãciſcus Mayronis. Clemens. 6. eum in patriarcham Anthiochenum & epiſcopum Carthaginenſem inſtituit. 1342. Claruit ſub Ludouico Bauaro.

CAP. 5.

Franciſcus Mayronis ordinis minorum quondam Scoti auditor, doctor Pariſienſis ſcientiis humanis & diuinis doctus & eruditiſſimus, hic vt aiunt actum ſorbonicũ prior inſtituit. In cuius memoriam actus ipſe ſemper ab vno

*tuit ſub ritu duplici celebranda, vt in 6. de Reliq. & ven. Glorioſus deus. Nec tamen ea primò inſtituit.*

CAP. 3.

*Is Bonifacius hæreſim Fratricellorum condemnauit, de qua in 4. cathologo. Recollegit 6. decretalium per tres præſtantiſſimos viros, ex conſtitutionibus ac decretis prædeceſſorum, & ſæpius ex proprijs. Is liber eſt cauſidicus. Hic in anno domini 1300. declarauit & conceſſit indulgentias anni Iubilei viſitantibus ecleſias beatorum Petri & Pauli quolibet anno centeſimo nullis caſibus reſeruatis, Romanis viſitantibus per 30, dies, peregrinis per 50, & confeſſis, eo ſaltem anno. Hæc clara ſunt de ipſo Iubileo per communem extrauagantem, Antiquorum, de pœnit. & remiſſione.*

*Clemens*



CAP. 5

Tempore huius Alberti Paleologus Conſtantinopolitanus imperator moritur, cui ſucceſſit Andronicus. Angli Scotos ſubigunt: At ſequenti anno Regem eligentes defficiunt ab eiſdem. Nec communiter Angli cũ Scotis benè ſunt fortunati niſi forſam breui tempore.
1303. Et ſi hic fuit confirmatus à Bonifacio non tamen coronatus.

CAP. 6

Nepos huius Alberti prout citat Florentinus cõquerebatur, quia magnam partem Auſtriæ ad ſe iure hereditario ſpectantem retineret, cui plurimi ex Auſtria fauerunt ſuper ea re.

CAP.

CAP. 5.

*Begardi & Beguinæ condemnati ſunt in concilio Vienenſi per Clementem 5. vt in Clementina ad noſtrum, de hæret. Hi fuerunt in Regno Alemaniæ, atquè Alphonſus à caſtro ſe quoſdam adhuc illic vidiſſe colegiat è viuentes, mulieres ſine voto & liberè, viros cum emiſſione trium votorum, in diſtinctis tamen cænobys: Licet enim condemnati per Clementem, Iohannes 22. tamen permiſit fide dignis, non culpabilibus, non ſuſpectis ſub eo habitu viuere.*

*Iohannes 22. cenſuit non culpabiles huius ſtatus, non debere moleſtari ab ordinarys, vt in extrauagantibus communibus de Religioſis domibus c. Ratio Recta. Errores eorundem eo capitulo condemnati fuerunt octo. Primus quia homo in vita præſenti poteſt talem gradum perfectionis*

vno minorita inchoatur & clauditur à Dominicano. Cõpoſuit ſuper ſententias, precepta decalogi, Sermones de tempore, & alia plurima, floruit ſub Ludouico Bauaro circa 1320. & ſub Ioanne. 22. quanquã non contentiones cum eodem.

CAP. 6

Aluarus hiſpanus ordinis minorum etiam Scoti auditor, vir eruditiſſim⁹ deuotus & Zelator, ſcripſit cõtra præfatum Otram. Item cõpoſuit opus de planctu eccleſiæ, & plurima de vera religinonis obſeruantia. Item ſuper ſententias, & alia plurima circa. 1320.

Ioannes canonicus etiã eiuſdem ordinis & temporis, docta ſcripſit in ſententias, & Philoſophica.

CAP.

*Clemens tamen & Paulus ac Sixtus alia de Iubileo ſtatuerunt, quæ & patebunt ſuis locis.*

CAP. 4.

*Tandem Rex Philippus Scartam Columnenſem, à pyratis vt ſuprà Agnaniam & Neogaretũ mittit aduerſus Bonifacium, ſub colore defferendæ appellatiouis, qui medio Gibellinorum Bonifacium in paterna domo capit & Romam deducit captiuum populo conſentiente. Eum Bonifacium nihilominus liberarunt non multò pòſt. At nimio dolore grauatus decidit in morbum, quo interyt anno 8. ſui pontificatus & menſe in anno* 1303.

*Ludebant de eodem dicentes, quia intrauit vt vulpes, regnauit vt Leo, moritur vt canis, in ſua tamen ſede moritur.*

CAP.



CAP. 7.

Dum igitur ſuper ea queſtione contenderent & Albertus poſt deſcenſum ex fluuio Rheni die plena equitaret, ab eodem Ioanne eius ex fratre Nepote cum fauentibus occiditur, Aiunt quod forſam id Deus permiſerit, ob vindictam mortis Adulphi imperatoris, prout nec occiſores eius remanſerunt impuniti. Nam etſi Adulphus eſſet inuaſor, id tamen fuit pro ſui iuris protectione.

Albertus igitur cum decem annis imperaſſet
1308. moritur a nepote occiſus circa annum domini. 1308. tempore Clementis. 6. qui nec coronam imperialem recepit Imperauit temporibus Bonifacii. 8. Benedicti vndecimi, ac Clementis 5. ſaltem pro parte & laudabiliter.

CAP.

*perfectionis acquirere, quod redderetur impeccabilis, & amplius non proficiens in gratia alioqui (aiebant) poſſet effici Chriſto perfectior. Secundus error Begardorum, non oportet hominem ieiunare aut orare, poſt quam eum gradum fuerit aſſecutus. Nam (aiebant) ſenſualitas eſt plenè rationi ſubdita. Tertius error hi qui ſunt in eo gradu perfectionis non ſunt ſubiecti humanæ obedientiæ, quia vbi Chriſtus, & libertas. Quartus poteſt homo finalem perfectionem & beatitudinem ita perfectè in preſenti aſſequi, vt in vita beata. Quintus error, quælibet intelectualis natura eſt, in ſe naturaliter beata, nec indiget lumine gloriæ eleuante ad deum videndum, vt eo beatè fruatur. Sextus ſe exercere in actu virtutis eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à*

ſe

CAP. 7.

Durandus de portiano Dominicanus, pòſtmòdum epiſcopus Anicienſis primo defenſor beati Thomæ, & poſtea impugnator, ſcripſit ſuper ſententias, & ob facilitatem à multis diligitur, nec fuit Guillelmus Duranti ſpeculator.

Herenus ſeu Herueus de boyo, brito Carmelita, & Rupertus dominicanus (non abbas qui multò præceſſit) docta ſcripſerunt.

CAP. 8.

Aſteſanus aſt ordinis minorum ſummam de caſibus vtilem edidit circa 1330. Ioannes de Alreyo Tholoſanus generalis Carmelitarum. 13. & Ioannes de Regio eiuſdem ordinis præclara ſcripſerunt.

Ioannes



CAP. 5.

*Benedictus* 11. *papa* 200 *fuit electus concorditer paucis diebus poſt obitum Bonifacij, electus itaquè* 1303. *Hic patria tarniſinus, Nicolaus antè vocatus, ex parentibus pauperis conditionis ingreſſus ordinem prædicatorum, vita & doctrina ita claruit, vt per omnes gradus promotus ſit ad generalatum, & à Bonifacio inter cardinales promotus, fertur poſt mortem fulſiſſe myraculis, Nogaretium & Scartam in detentione Bonifacij fauentes nec ſatiſfacientes maiori notat anathemate.*

CAP. 6.

*Regem franciæ cauſa diligenter agnita à cenſuris abſoluit, Cardinales Columnenſes priſtinæ dignitati reſtituit, dempta Laurea cardinalatus, Nicolaũ Pratenſem cardinalem & epiſcopum*



CAP. 8.

Henricus. 8. Comes Luxemburgus imperator 114. eligitur circa 1308. fuit electus aſtutia & cõcilio domini Pracenſis Cardinalis hoſtienſis, vt & ipſe Clemens, vt Iam ſuper eo Clemente 5. Hic ab Italis dicitur henricus 6. qui Henricum primum non computant, nec Henricum 7. Lantgrauium, at communius dicitur 8. Poſt mortem Alberti electores diu fuerunt diſcordes, vt ſuper Clemente quinto. Moritut etiam Rex Carolus. 2. cui ſucceſſit Robertus eius filius frater ſancti Ludouici epiſcopi

CAP. 9.

Iam facta electione Clementis 5. in fauorem Regis ſub promiſſis conditionibus, vt ſuper eo Clemente.

Et



*ſe virtutes. Septimus, mulieris oſculum quia ſine inclinatione naturæ eſt peccatum mortale, ſed actus carnalis natura inclinante & tentante non eſt peccatum. Octauus error, quòd in eleuatione Chriſti corporis non debeant aſſurgere aut deſcendere à contemplatione, vt miſterium paſſionis vel ſacræ Euchariſtiæ meditentur, quia (aiunt) id eſt, imperfectionis.*

*Hicquè glorioſi condemnati ſunt cum his erroribus, vt in ea Clementina, ad noſtrum, de hæreticis, nec tamen ſtatus eorum vt iam ſuprà, per extrauagantem, Ratio recta.*

CAP.

Ioannes Andreas bononienſis, Iuiſconſultus & interpres ſuper iure canonico & decretalibus. Item & de laudibus beati Ihieronimi ſcripſit ſub Carolo. 4. & Clemẽte. 6. circa. 1345.

CAP. 9.

Monaldus franciſcanus Theologus & iuriſta, ſummam iuris canonici & ſuper ſententias compoſuit. Iohannes de plomenda teutonicus eiuſdem ordinis ſcripſit circa 1330.

Guido de monte rotherii eo tempore compoſuit manipulum curatorum, & quędam alia docta.

CAP. 10.

Petrus de palude gal' ordinis predicatorij cõpoſuit ſuper ſententias & alia quędam.

Guericus abbas Agnacenſis, & Henricus de vrinaria Anguſtinenſis circa 1340 ſcripſerunt.

Bartholomeus



*epiſcopum hoſtienſem miſit legatum per Italiam ad componendum pacem. Florentinus narrat de eodem Benedicto, quia nobiles pauperem matrem ipſius ſericeis induunt, vt pro eius reuerentia ad ipſum introduceretur, qui eam noluit agnoſcere niſi in plebeio habitu. Dum hic ſanctus põtifex plura pro fide & eccleſia proponeret Peruſium fatis conceſſit cum menſibus ſolum 8. & diebus 17. ſediſſet.*

CAP. 7.

*Clemens 5. papa 201. antè Bertrandus aut Raymundus nuncupatus, Archiepiſcopus Burdegalenſis eligitur abſens in anno 1305. ſolicitudine & concilio domini Nicolai pratenſis cardinalis hoſtienſis ex ordine prædicatorum. Poſt mortem enim Benedicti dum cardinales penè per annum contendiſſent pro alterius inſtitutione alijs optantibus Italum*

*fauentem*



Et poſt mortem Al-
1307. berti, electoribus per annum in alterius electione contendentibus, Rex in anno 1307, mutata petitione, qua inſtabat memoriam Bonifacii deleri, ſecreto concilio decreuit petendum à pontifice Clemente, vt diligentiam adhibeat, quatenus Carolus valeſius dux Andegauenſis eius conſanguineus Cęſar decerneretur, prout illi fuerat præmiſſum à Bonifacio.

CAP. 10

Et ſi ſecretiſſimo conſilio id fuiſſet concluſũ nihilominus reuelatum fuit ſummo pontiſici ab aliquo. Vndè conſilio adhuc eiuſdem domini Pratenſis preuenerunt eiuſdem Valeſij aduentum, ſecretiſſimè ſignificans Dominis electoribus, vt ſtatim vnum eligant, aut ſecus imperiũ ad Gallos reuerteretur

qui

CAP. 6.

*Fratricelli citantur ſub Bonifacio condemnati, & Hermanus quidam (vt aiunt) à multo tempore inhumatus, & ab eis pro ſancto habitus, exhumatur tanquam hæreticus. Ac de his Fratricellis citas Platina, quia fuerunt ab hoc Clemente condemnati. Id nihilominus nequit dicit de Fratricelli condemnatis à Iohannes 22. vt in extrauaganti, ſancta Romana, de Religio. Domibus. At potius de Fratricellis à Dulcino & Margareta eius vxore inſtitutis. de quibus iam ſupra, prout ab eo Platina deducitur. Hi Fratricelli, etiam dicti ſunt Pſeudo apoſtolici, quorum dux fuit quidam Sagarellus Parmenſis, & Dulcinus Nouarienſis cum vxore. Qui & tempore Bonifacij 8. aſſerebant nec habuiſſet aut recepiſſe pecuniam, nec id etiam eis aut*

*alijs*

Bartholomeus de oſa, Bartolomeus Piſanus, & Albertus Brixianus etiam Auguſtinenſes ſummas hiſtorias, & alia docta eo tempore ſcripſerunt.

CAP. 11.

Hermanus de ſchildis Auguſtinẽſis multa ſcripſit in geneſim & ſententias. Guillelmus brito dominican⁹, Petr⁹ de caſu Carmelita, Bernardus parentinus dominicanus, Olfredus Anglicus Carmelita, Ioannes eſtuidij pariter Anglicus, docta opuſcula eccleſiaſtica in ſententias, ſermones, ſummas hiſtoriales ediderunt circa 1340.

CAP. 60.

Bernardus abbas Caſſinneſis ordinis ſancti Benedicti, Symon de Cremonia auguſtinenſis Petrus Raymondi carmelita:

Symom

*fauentem amicis Bonifacij, & alij amicum Regi franciæ. Et de aſtutia huius Pratenſis conueniunt, vt & Itali eligerent, tres Vltramontanos ex omnibus dignos eo munere.*

*Vltramontani intra 40. dies vnum ex eis tribus nominarent, qui haberetur pro electo ab omnibus. Eo igitur firmato Itali tres gallos eligunt quos ſciebant Regi infenſos, ex quibus primus fuit Archiepiſcopus Burdegalenſis, qui cum ſuis conſanguineis a Carolo valeſio plurimum fuerat grauatus. his igitur propoſitis, Pratenſis cum ſuis conuenit, & citiſſimè Regi ſignificat, vt cum Archiepiſcopo conueniat.*

CAP.

qui ante dies. 8. cõgregati hunc Henricum elegerunt, etiam ex conſilio pontificis & publicatur electio etiam apud Regem, & ea cauſa nullũ deſtinauit pro ea petitione, Rex nihilominus in pontificem. Florentinus 3 hæc citat tit. 21. tertiæ partis.

CAP. II.

Henricus itaquè electus confirmatur à papa Clemente, ea lege vt inter biennium ingrediatur Italiam coronã ſuſcepturus. Eo animo, (vt aiũt Platina & Florentinus) quatenus Italicos motus & factiones Guelphorũ & Gibellinorum ac diſſidentium ciuitatum, cum innocentum oppreſſione ſedaſſet. Eſto quidã maligni id alio animo factum a Clemente aſſerant.

CAP.

*alijs licuiſſe. Decimas etiã non deberi eis, qui non eſſent pauperes vt apoſtoli. Item aiebant non ſubijci niſi Chriſto. Item negabant omnem obedientiam prælatis eccleſiæ deberi, ſed ſoli Chriſto. Item aiebant papam nullam habere poteſtatem niſi & bonus ſit, & quia per peccatum omnem admittit poteſtatem. Item aiebant eccleſiam conſecratam in nullo amplius ad preces dignam quam ſtabulam porcorum, ac ſi dominus impertinenter dixiſſet, domus mea, dom⁹ orationis vocabitur, vt nec ſineret etiam vax aquæ quoquàm per eam transferri Mar. 11. Item aiebant ea magis meritoria quæ ſine voto fuerint, quàm quæ ex obedientia, ac ſi non ſit verum obedientia plus valet quã ſacrificium 1. Regum 15. Aiunt item hos omni libidini deditos ita vt Nicolaitæ. Et hi fuerunt in alpibus*

Symon de Caſſia Auguſtinenſis, Symon de ſpira, Hi docta ſcripſerunt circa ea tempora 1340.

Ioannes ordinis minorum ſummã de caſibus edidit, & quædam alia.

Gerardus de ſenis carmelita ſcripſit ſuper ſententias & de contractibus.

CAP. 13.

Ioannes de Rupe ſciſſa Franciſcanus ſcripſit ſuper ſententias, & friuolas quaſdam reuelationes, ob quas à ſuis miniſtris fuit detentus, tempore tamen Innocẽtii. 5. circa 1370. Gerard⁹ epiſcopus, ſanonenſis Auguſtinenſis, Thomas garbo eiuſdem ordinis ſcripſerunt circa 1340.

Ioannes de Bacchone carmelita, Rupertus gallus eiuſdem ordinis docta quędam ſcripſerunt circa 1350.

CAP.

CAP. 8.

*Rex igitur conuocato eo Archiepiſcopo cum eo conuenit ſub certis conditionibus Regi ſub iurerando promiſſis, dum eius medio eam obtinuiſſet dignitatem priori, quod reſtitueret Regem priori ſuæ dignitati, qua ante Bonifacium gaudebat. Secunda eidem conceſſit decimas ad quinquennium &c. Et tertiam petitionem pro tẽpore expreſſiſſet. Ac ſuper his promiſſis eligitur pontifex fauore & inſtantia Regis.*

CAP. 9.

*Electione nuntiata eidem, Lugdunum profectus, eò ad ſe mandat cardinales, qui ſuæ intereſſent coronationi. Qui & conuenerunt. Itali tamen ægrè, & cum deſiderio, præſertim dominus Matheus de Vrſinis primus inter cardinales, qui & eidem domino Pratenſi ait tu aſſecutus es tuum intentum*

CAP. 11.

Henricus itaquè electus confirmatur à Papa Clemente, ea lege vt intra biennium ingrediatur Italiam coronam ſuſcepturus. Eo animo, (vt aiunt Platina & Florentinus) quatenus Italicos motus & factiones Guelphorum & Gibellinorum ac diſſidentium ciuitatum, cum Innocẽtum oppreſſione ſedaſſet. Eſto quidam maligni id alio animo factũ à Clemente aſſerant.

CAP. 12.

Henricus igitur rebus Alemaniæ primum compoſitis, primam coronã illic recepit à Domino Archiepiſcopo Colonienſi. Et cùm Rex Bohemiæ Vincelaus deceſſiſſet abſq; filio hic Henricus eiuſdem primogenitam filio ſuo dedi vxorem. Quẽ & coronari fecit in Bohemiæ Regem. Et eum ſuo loco

*alpibus à legato inſecuti & oppreſſi: & Dulcinus cum vxore digna vltione conbuſti.*

CAP. 7.

*Templarij tempore eiuſdem Clementis feruntur defeciſſe ad ſaracenos. Ordo ipſe militum templariorum prout citat lyranus apoc. 2. aprobatus fuit in anno 1128. Quorum regulam beatus Bernardus ſcripſit ſub 13. capitulis prout fo. 95. operum ſuorum. Hi apud Hieroſolimam primum militiam ſunt profeſſi, ad fidei & peregrinorum protectionem. & ea contemplatione opulenta prædia per vniuerſum orbem conquiſierunt.*

CAP. 8.

*Citat Florentinus tit. 21. partis tertiæ quia quidam prior eiuſdem ordinis detentus in carcere, à magiſtro eiuſdem ordinis, ob crimina & hæreſim. Et quidam alius cum ipſo eoſdem*

CAP.14

Fortenarius vaſſalli, aut ſertorius. 19. miniſter generalis ordinis minorum ſub Clemente. 6. compoſuit ſuper Auguſtino de ciuitate dei, & alia quędam. Cũquè eum ordinem per ſex annos rexiſſet, fuit per eum Clementem factus Archiepiſcopus Rauenenſis, & Cardinalis Romanæ eccleſiæ: Gregorius Ariminenſis generalis Auguſtinenſium ſcripſit etiam circa.1350.

CAP.15

Clemens. 6. Lemouicenſis, de quo in ordine pontificum, compoſuit varios ſermones. Item opuſculum de canoniſatione ſancti Yuonis, quem & aſcripſit ſanctorum cathologo, & alia nonnulla ſcripſit.

Franciſcus

*tentum, curiam educendo vltra montes, tardè in Italiam reuerſuram. fuit igitur ſacratus & coronatus apud Lugdunum aſtante Rege franciæ, & Carolo Valeſio, ac Iohanne 2. duce Britanniæ patre Arturi, qui ruina muri fuit oppreſſus.*

CAP. 10.

*Clemens ita ſolemniter coronatus reuertitur Burdegalen. Et tandem reſedit apud Auinionem, vbi & curia per 14. annos permanſit. Is promiſſa Regi ſeruauit. Verum apud Pictauum conuenientes 1307. Rex vltimam expreßit petionem, inſtanter poſtulans, vt memoriam Bonifacij ex albo pontificum deleret, & iuberet corpus exhumari & comburi, quod vellet eum probare hereticum, etiam ſuorum teſtimonio.*

CAP.

loco in Alemania vicarium reliquit. hęc Florentinus.

CAP 13

Diſpoſitis itaquè rebus Germaniæ, Henricus ſecundum promiſſa parauit ire in Italiã. Nam & Clemens à confirmatione ipſius ordinauerat legatos ex dominis cardinalibus, dominum de Fliſco epiſcopum Ianuenſem & pręfatum dominum Pratẽſem hoſtienſem, qui & commitarentur, & ipſius authorirate eundem recipi iuberent. Ciuitates Italiæ ab Alberti morte diſſidiis miris tumultuabãt. Nam & cũ moritur Carolus Rex Neapolitanus, qui & filiam Beatricem Azoni Marchioni Eſtenſi ac duci ferrarienſi dederat vxorem, filiuus patrem ob introductam nouercam necauit.

Et

*eoſdem accuſarunt denunciantes officiarijs Philippi Regis, quia multis flagitijs & hæreſibus eſſent dediti ſperantes ipſi eo medio liberari. Quæ cum Regi eſſent nunciata, ipſe Clementi pontifici vt delerentur ſuggeßit. Qui & Regi annuens conceßit ſub bulla vt certa die detinerentur, & vbilibet deprehenſi die beatæ Magdalenæ concremati ſunt.*

CAP. 9.

*Accuſabantur de multis, quæ ſi vera erant nec dum ſolum hæretici ſed ydolatræ ac proditores merito eſſent iudicandi. Vt quod ſimulachrum aut ydolum colebant & cogebant eum ordinem profitentes ſacrificium eidem offerre abnegato chriſto, & eius calcata cruce, & alia plura horrenda, quæ dicebantur circa ipſum ydolum ab eiſdem exerceri, quæ vix ſunt credenda.*

*Item*

Franciſcus Patriarcha hetruſcus plura compoſuit, etiam in poeſi & ſcientiis humanis, vixit ſolitarius circa hec tempora.

Richardus de Buri epiſcopus dimelmenſis cãcellarius Edoardi. 3. eo etiam tempore ſcripſit, & præfatus patriarcha ad eundem:

Ioannes valgram carmelita ſcripſit ſuper ſententias.

CAP. 16.

Ioannes de ſaxonia franciſcanus vtilem ſummã iuris & quoſdam ſermones edidit circa. 1380.

Thomas de Argentino generalis Auguſtinenſis pòſt de Arrimino: Ioannes bremart carmelita. Henricus de Herfodia Ioannes de Herfodia minor, Ioannes de tacephate Anglus, plurima ſcripſerunt in ſacra ſcriptura & ſententiis & Nicolaus dorchin carmelita.

CAP.

CAP. II.

*Papa non immerito ex ea petitione conturbatur, cum & ex 6. decret. per eum Bonifacium edito conſtet eundem fuiſſe catholicum etſi alioquin imperfectum. Igitur conſilio adhuc eiuſdem domini pracenſis, diſsimulauit cum Rege vſque ad generale concilium quãprimum cogendum quatenus Res firmior eſſet. Quod ad triennium fuit aſsignatum apud Viennam extra territorium Regis. At interim moritur Albertus circa 1308. & Rex petitionem mutat vt iam ſupra Henrico.*

CAP. 12.

*De Fratricellis & Templarijs tempore huius pontificis iam in 4. cathalogo, ita & de interdicto & anathemate aduerſus Venetenſes pro Ferraria iam ſuper Henrico 8. & de irreuerentia Florentinorum. Clemens concilium iam*



Et Venetorum auxilio detinuit Ferrariam. Ferrarienſes tamen potius optabant ditioni ſub eſſe eccleſiaſticæ. Vndè ſuper his Clemens, Cardinalem dictum Pelagura Bononiam mittit, qui & venetis ſub anathemate imperat vt obſtineant a Ferraria qui eam potiùs impugnarunt & cœperunt, & Friſcus maiorẽ partem incendit ob vindictam, ob quam iniuriam eo deiecto ſe ſe Venetis dederunt.

CAP. 14.

Tum legatus Pelagura cruce ſignatos conuocat in eos Venetos, & Clemens ſacra eis interdixit, ac eorum bona proſcripſit vbiq; locorum. Et hinc in multis Regnis magna incommoda in eorum mercinoniis receperunt. Mandauit inſuper Clemens alijs tumultuantibus vt abſtinuiſſent, qui paruerunt

*Item & eis quædam infamia etiam contra naturam obijciebantur. Item quod eorum præceſſores prodiſſent terram ſanctã & Rex per eos fuiſſet captiuus S. Ludouicus.*

CAP. 10.

*Plurimi ex eiſdem fuerunt detenti & paulatim exuſti ac cruciati, vt ea confiterentur etiam quidam ſuperiores eiuſdem ordinis. Qui etſi aliqua inter tormenta ſint confeſsi maioribus nihilominus tormentis poſtmodum, & cruciatibus afflicti ſe & totum ordinem acclamarunt Innocentes ab impoſitis, & coacti ſunt falſum fateri & ita interierunt. Vndè pœnè omnes quas viderim dubitant an verè ſint accuſati.*

CAP. 11.

*Bona ac redditus Templariorum præmiſſorum fuerunt proſcripta fiſco. Tandem tamen collata militibus Hoſpitalarijs ſeu Rhodianis.*

CAP.17.

Robertus halkot Angl⁹ ac Dominicanus ſcripſit ſuper ſententias, & in librum ſapientiæ circa 1349.

